

62.974

~~3303~~

BIBLIOTEKA	
FIZIČKI INSTITUT	
Sign.	R132
Inv. br.	974

Douška 10. X. S. 23.

30.649

164 načl. ozn. 65.



UDK

4.53

0.70

HEV

m

METEORA RATIONIBUS, *Collegij Sagratiensis Societatis* EXPERIENTIIS PHYSICIS ILLUSTRATA, 1727 A U T H O R E

R. P. GABRIELE HEVENESY

è Societate J esu.

LAUREATIS HONORIBUS
ILLUSTRISSIMORUM
DOMINORUM, DOMINORUM,

Dum

In Alma Archi-Episcopali Universitate S. JESU
Tynnaviensi

P R O M O T O R E

R. P. J O S E P H O

F R Ü E W I R D T ,

è Societate J esu, AA. LL. & Philo-
sophiae Doctore, ejusdemque Professore

Ordinario.

Primâ AA. LL. & Philosophiae Laureâ
in signarentur.

à Condiscipulis Baccalaureis

D I C A T A

Año salutis MDCCXXVII, Mense Mayo Die 29.

T Y R N A V I Æ .

Typis Academicis Societ. J esu,
Per Fridericum Gall. Anno 1727.

2132

**ILLUSTRISSIMIS
DOMINIS, DOMINIS
NEO-BACCALAUREIS**

Illusterrimo Domino


**ADAMO
L. B. PERENYI**

Ung. Szolossiensi ex Com.
Ugocziensi.
S. M. S. C.

Illusterrimo Domino

**CAROLO
L. B. à SCHILSON**

Ungar. Soproniensi , ex
Com. eodem.
S. S. A. C.



ILLUSTRISIMI DOMINI , DOMINI NEO - BACCALAUREL.



Clarem diem jucundissimum
Vestra Vobis hodie industria peperit
Neo-Laureati, is etiam partem nobis
aliquam honestissimæ aspersit volupta-
tis, quæ incitati, publicos inter plausus gratu-
latum Vobis primam Philosophiae Lauream veni-
remus. Projecto enim dies hic Vester gloriae,
sic nostrum etiam in Vos studium expetivit,
ut, quæ licet, aliquid caperetis à nostris conati-
bus ornamenti. Habetis igitur hasce paginas, o-
mnes honori, omnes vestre gloria consecratas.
Neque verò hoc esse nos consilio arbitremini,
quasi ad laborem Vos transferri denuò cupia-
mus, vix dejunctos prolixa contentione studendi,
sed ut his quodammodo bellarijs Philosophiae re-
creati, gustum deinde ad reliquam Philosophiam
excitatiss.

excitetis. Spectabitis hic arcana naturæ prodigia, & quasi festivos scenicæ palestræ lusus, quos profanum vulgus de trivio obstupescit quidem, sed ab earum rerum intelligentia prohibetur: Vobis penitus in Palladis insertis amicitiam, licet hæc eadem ratione ac modo comprehendere. Qua de causa, quam est magna, in arcanis naturæ perscrutandis Vesta diligentia, tonitò libellus iste apud Vos ipsos optinebit: quem etsi sua absolutum mole Vobis exhibere voluissimus, tamen quia angustius hæc circumscribi oportuit, ubi ad secundos honores Philosophia Vos evocabit, partem Vobis reliquam deslinamus. Id postremò à Vobis petimus, ut gratum acceptumque esse velitis, quem isto cum munere obstrictum Vobis animum presentamus.

Honori Vestro

Addictissimi

In Universitate Tyrnaviensis
Condiscipuli.



DE METEORIS IN COMMUNI.

Accanis naturæ Mysteriis se ingerit, qui elucidandis Meteororum naturis adjectit animum: quantum hæc magis obvia occurunt sensibus, tanto remotius fugiunt cognitionem. Horum nos causas, qualitates, ortum, & interitum ad examen vocaturi, ad Physicæ, ac experientiæ tribunal appellamus; nihil dixeri, quod non aut physicâ ratione firmatum, aut experientiâ contestatum ex probatis auctoribus acceperimus.

Meteorum græco sumptum de fonte Quid sit nomen sublime ac pendens aliquid non meteat; iis proprium, quibus natales cunas rum? in sublimi pendentes natura constituit; analogum reliquis, quæ humiliori loco nata, consideratione tamen sublimia, par nomen occuparunt. Cæ-

A terum

terum Meteorum est corpus imperfectè mixtum, è naturalibus simul & peregrinis qualitatibus conflatum. Ita dum aquæ humiditati & frigori peregrina se miscet siccitas, eaque tam remissa, ut nec formam substancialē, nec humiditatem aquæ, subiecto possit pellere, mutat istud accidentaliter, efficitque, ut corpus sit imperfectè mixtum, quod glaciem nominamus.

**Causa
effici-
tiens.**

**L. 2.
c. 4.**

**Causa
mate-
rialis.**

**Vapor.
Exha-
latio.**

Potissima meteori causa efficiens calor est: isque pro meteori diversitate varius: solis quidem ut plurimum, non tamen solius; cuius activitas communī, si Plinius excipias, opinione nec maris fundū assequitur, nec terræ ultra 10. pedes se insinuat. Ideo meteororum, profundioribus terræ visceribus hærentium, originem aliis ignibus tribuemus.

Causam materialem proximam (de materia prima enim, quam & dari, & subiectum primum rerum omnium esse licet non evidens physicè, certum tamen est, non loquor) meteoris vel vapor, vel exhalatio, vel utraque mixta præbet.

Vapor est halitus, seu spiratio calida & humida, ex humore aqueo nata. Exhalatio verò est halitus calidus & siccus, naturā suā volatilis, quia spiritibus plenus, è corpore siccō vi caloris resolutus.

Iutus. Terra & aqua præ aliis corpori- Unde
bus magis uberem talium halituum vapores
copiam suppeditant. Sic aquam subje- srian-
do igne ferventem in fumeam nubem tur-
assurgere videmus : Terram pariter, si
pinguis & adiposa fuerit, resolutis va-
poribus siccari posse crebet, qui eam
sæpius canicularium dierum æstu suc-
censam, plures dies arsisse Historicis
crediderit. Reliqua mixta plus mi-
nusve, pro diversa temperamenti qua-
litate, spirant. Ab humanis corpo-
ribus pro domesticæ sanitatis modo
sanos ægrösve fundi vapores vix du-
bio locus. Ægrorum enim effluvia
propagata per halitus contagio satis
probat : de sanis Verulamius fert sen-
tentiam ; dum pædagogos ideo diu
sanos vegetosque vivere asserit, quod
continuo cum juvenibus consortio
emanantes ab his spiritus magis sanos
vitalesque trahant. Lapidæ, vitra,
gemæ, licet modico constent humi-
do, spirant tamen ; sic politum metal-
lum, aut vitrum digito apprehensum,
testem expirii maculam contrahit.
Facilis hinc ratio, cur & marmora ve-
tustate tandem fatiscant, suumque vi-
tra & lapides senium patientur ; quia
nempe partes subtiliores à classiori-

4 METEORA

bus per exhalationem separatæ has si-
bi minùs cohærentes destituunt.

Causa forma- *Causa formalis, si de substanciali quæras, meteori illa manet, ex qua prodit: sic pluvia, ros, nix ab aqua non differunt in substantia. Accidentalis tamen forma meteora diversificat, quæ est: certum temperamentum peregrinarum qualitatum cum naturalibus.*

Finalis causa. *Finis, quem meteora respiciunt, naturalis est: bonum universi regimen. Sic pluvia, ros, nubes alendis floribus, & humectandæ terræ serviunt, ne caloribus exusta omnem in herba spem suffocet; Venti noxiis humoribus aëra liberant; Cometæ pestiferas terræ qualitates ignibus expiant; sicque meteora bono publico, fæcunditati terræ, hominūque saluti tota impenduntur.*

Finis præter-naturalis. *Possunt quidem (quis enim neget?) ex arcano Dei consilio in ventorum eventuum prognostica eligi; ut si cometam Deus, velut fatalem bellorum, aut pestis nuncium ableget, aliisque parelia ad terrendos impios accendat. Sed hunc non naturâ inditum, sed speciali Dei consilio statutum, finem extrinsecum, dicemus; adeò, ut quamdiu præternaturalis hic finis ignotus est tamdiu omnis metus, visus quibuscumque meteoris, exesse debeat.*

Va-

Varias in orbe sedes occupant meteora. Quædam in abdito terræ sinu locum obtinent; ut metallæ, terræmotus. Aliis generandis aqua cunas aperit, ut sali, corallio. Reliqua meteori nomen secuta, in sublimi, hoc est, aëre pendent. Eo tamen discrimine: *Aëris* ut, quemadmodum in tres aër regiones, *regio-* infimam, medium, & supremam dif-*nes.* funditur, ita in diversas etiam mete-*Prima.* ora stationes discedant. Qui nos pro-*ximus* ambit aër, & radiorum solis reflexione incandescit, infimæ dicitur regionis, qui humidus rorem, frigi-*dus* pruinam, siccus ignem fatuum sinu fovet. Secunda regio usque ad *Secun-* supremam nubium superficiem eleva-*da,* ta, radiorum solarium reflexione de-*stituta*, fæcundissima meteororum ma-*ter* nivem, & pluviam, grandinem & fulmina, pro variè coëuntium hali-*tuum* diversitate parturit. Hæc altissimos montes non assequitur: nam in Olympi vertice, qui Thessalizæ mons est, cineribus impressos levi manus characteres, vertente anno inviolatos durasse, nec vento, nee imbre confu-*sos* refert *Selinus.* Suprema tandem aë-*C. 14,* ris regio reliquæ ad usque ignis Sphæ-*Tertia,* ram spatum replet, ac ignibus pen-*dentibus*, & Cometi stationem de-*signat.*

Ordo Ne tanta in meteoris varietas condicen- fusioni, ut primum est, viam aperiat, dorunt. is, quem elementorum situs suadet, in eorum explicatione ordo visus est conformior: ita ut primum de igneis, dein de aereis, de aqueis tertio, postremo tandem de terreis quæstiones decidamus.

QUÆSTIO: An Magi possint causare tempestates? *V. Delrio sijq. magic. l. 2. q. 2.*



PARS PRIMA.

De METEORIS IGNEIS.

§. I.

De Igne in communi.

**Causa
effici-
ens.**

OMissa in orbis conditi historia de Igne mentio viam fecit dubitandi, an casu, an consilio editus? Deum, an hominem authorem habeat? Plinius populis extremæ ad Oceanum Ægypti oræ accolis per multa sæcula ignotum, ab Eudoxo terris illis illatum, adeò placuisse scribit, ut sinu excipere novum hospitem Cives tentaverint: humanitatem, an simplicitatem potius, adustione solven-

ventes. A Prometheo è solis ardore L. 2. D^{is}
farto raptum fabulæ , à Pyrode Cilicis FID.
filio priuium è silice casu excussum , ORTH.
suadent alij ; verius à Deo cum orbe
conditum S. Damasceno credimus.

Illud non ita clarum , qua parte *Quis*
universi collocatus ? Pythagorici eum locus ,
in terræ centrum ablegarunt ; ibi to-
tius mundi focum ardere arbitrati : si
enim cœlos ignis occupat ? (ita hi se-
cum) magna jam pridem cœli pars vo-
racissimi hujus elementi pabulo ces-
sisset. Hic metus etiam Philosophi
pectus tentasse credi potest , sed inanis .
Nam absque ullo cœli , aut planetarum LIB. I.
periculo ignem lunæ concavo , tan- MET.
quam loco proprio contineri potior c. 4.
Philosophorum fert sententia ; quam
flamme in superiora continuò nitentis
conatus credibilem facit. Vicinos
cœlos non exurit , velquia resistentia
horum ejus activitate major , vel quia
tenuissimus. Major enim in densiore
materia vis urendi ; ideo plus ferrum ,
quam carbo , & hic præ flamma for-
tiùs urit. Nec pabulo ibi ignes egent ,
ut nostrates , qui extra sphæram suam
exules , contrariorum injuriis exposi-
ti , pabulo vires renovant : Illi verò
propria in sede tuti ardent , lucēntque
sine ullius detimento .

Figura. Figuram elementaris ignis habet sphæricam. Totum explet spatium, quod inter Lunæ concavum, & aëris convexum intercedit. Quanta non moles in circuitum? profunditatem ejus Conimbricenses dimensi, ad 120578. milliaria in circuitum extenderunt. Illud tamen in medio relinquentes: quod elementorum plurimum in universo spatijs occupet? de quo Cæsius de minor. l. i. c. 6. sec. i.

Quomo- Ignes accendi, & multa passim in-
do ac- flammari certum; non item quomo-
cenda- do hæc accensio fiat? Eorum opinio-
tur: ni accedendum, qui ut alia elementa,
ita & ignem formaliter in mixtis manere
negantes, ignem accendi credunt,
dum partes mixti, v. g. ligni, poten-
tiâ igneæ in materia sparsim latitantes,
divisæ, ac ob tenuitatem suam in-
sensibiles, remotis impedimentis
in unum colliguntur, & luce ac calore
ignem adesse probant. Hinc

Quæ Facilius eas materias ignis corripit,
facile quæ modicâ terrâ, mediocri humo-
ardent. re, & plurimo calore constant; in
similibus enim nec terra levibus, nec
humor calidis partibus obstat, quod
minus promptè confluant, & unitæ
ardeant. Sic oleum, cera, sulphur
illiko inflammantur, his enim multæ
ignis

ignis particulæ seorsim (aliorum elementorum partibus interjectis) positæ insunt , quibus dum aliqua vis caloris admoveatur , hæc partes humoris interjectas rarefacit , unde statim avolant , in quarum locum , ne vacuum sequatur , partes potentia igneæ confluunt , & ardent . Facilius autem humoris , quam ignis particulæ avolant , quia partes igneæ filaminibus quibusdam inter se plexis constant , quibus materiæ tenaciùs affiguntur , quam humidæ . Accedit , quod partes igneæ naturâ suâ raræ non amplius rarefiant , ut humidæ , quæ rarefactæ locum mutant .

Humor nimius ignem prohibet , re-Humor missus adjuvat , ejus defectu cineres igni ne ardere nesciunt : ferrum saepius can-cessa- defactum tandem ignem respuit , qui rius . frequens ignitio humorem omnem depasta .

Marmor , æs , ferrum , et si vehemen- Æs non tissimè incalescant , inflammam ta-ardet . men non assurgunt , quia multam his terram inesse gravitas docet . quæ non attenuatur , adeoque partes igneas conspirare non sinit .

Per collisionem chalybis è silice Ignis è ignis evocatur ; hac enim attritione silice . multæ partes quâ humidæ , quâ igneæ

executiuntur, illis avolantibus hæ uniuertur in scintillas. Executendo igni præ aliis metallis chalybs opportuñior, quia fibris in longum ductis, velut denticulis armatur.

Ignis è pellis felium per affrictum scintillæ pellis fe-non raro erumpunt: quia inter filamenti pellis felinæ multæ partes potentia igneæ latent, quæ affrictu excitatæ, filamenta pellis, unionem prius impeditia, supergressæ colliguntur, & lucent. Nocte lux ista spectabilis, adeò enim tenuis & imbellis est, ut non secus ac stellæ solis præsentia, hæ quoque diurnæ lucis claritate, obscurentur.

Fœnum Fœnum humidum in cumulos concentrum sæpius correptum arsit, nullo sum. accidente inflammatum. Humor enim ille vi caloris accendentis attenuatus, per poros (quos fœnum copiosissimos se habere levitate testatur) evolat, reliæ proinde partes igneæ se congregant, unde ignis, & flamma.

Attritio corporum ignem elicit, hæ ignem excitare didicerunt Indi, dum ligna motu celerrimo confricantes inflammant. Apuli lignum funiculis obvolvunt, quos celerrime trahentes retrahentesque flamnam

eliciunt. Currum nimium oneratum, quin & molæ rotas accensas attritione multi observârunt: fit, quia compressus, & attritus aër attenuatur, attenuatus incalescit, & in materiam igneam degenerat.

Frigus ignem excitare potest. Nam *Frigus* ut quævis qualitas a contraria, ita & *accenso-*
calor à circumobsidente frigore per dit.
antiperistasm eam intensionem accipere potest, quæ sit sufficiens pro forma ignis dispositio. Sic madidis adhuc frugibus in horrea congestis accidit, dum partes calidæ à frigore extrinseco obsecræ fortius agunt; humorem, per fumos, in horreis frequentes, expellunt; quibus expulsis viatores congregantur. Pari causâ calx aquis per- *Calx*
fusa inardescit; quia partes calidæ vi *ardeat.*
aque leniter affusæ ad interiora se recipere coastæ, clausis per aquam continuò affluente in poris uniuntur, & unitis viribus exardescunt. Unde si calx priùs in pulverem conteratur, estò aquis irroretur, non ardebit.

Ut partium calidarum congregatio *Aqua* accedit, ita earundē separatio ignes *ignem* extinguit. Sic ignem sopit aqua, quia *extin-*
illi affusa igneas ejus partes humore guit.
dissociat, quæ cum unione sensibilitatem amittunt.

Etiam minor aquæ quantitas, majori vi affusa, celerius medetur incendio, quia dum aqua cum impetu illabitur, rei ignitæ sinus intimius per vadit, ibidemque collectas igniū particulas disgregat, ideo per siphones aquam in tecta ardentia immittere, quam scaphiis affundere, utilius.

Fon-
ta-
na me-
lior.

Ace-
tum.

Fontana plus ignibus compescendis servit, quam marina: tum quia hæc pinguior minus igni resistit, tum quia ob salem immixtum crassior minus ejus poros penetrat, adeoque non tam celeriter ignis partes disunit. Accidit sibi in incendiis aquâ efficiens, quia ob acrimoniam facilius penetrat, ac dissipat.

Si modicâ ignis aquâ irroretur, in majores ille flammas insolescit; quia aqua resistere impotens in ignem vertitur; vel vi caloris rarefacta in aërem resolvitur, qui ventum, & vento flamas auget.

Oppres-
sio ig-
nis.

Oppressione ignis extinguitur. Sic terra flammarum supprimit, licet enim fluiditate & humore, quibus partes ignis dissociet, sit destituta, gravitate tamē partes ignis, utpote leviores, extrudit, & sede pulsas dissipari cogit.

Suffo-
catio
ignis.

Suffocatio etiam tollit incendia. Sic accensus in fornace ignis, si omne respi-

spiraculum obturetur , uti & cande-
la ardens vitro inclusa , extinguetur,
Nam fumus , & vapor , individui ignis
comites , dum abire non possunt , re-
deunt in flammam , partibus ignis
misercentur , eisque dividunt.

Pabuli vel potius materiae defectus pabulū
ignem exterminat . Hic enim partium ignis .
calidarum collectione fit , deficiente
pabulo verò exhalationes deficiunt ,
quibus sublatis nullæ partes potentiam
igneæ uniri possunt , adeoque priores
consumptæ sensibilitatem ignis amit-
tunt.

Q U E S T I O : Aër igne , an hic aëre plus egeat
ad sui conservationem ? V. Co-
nimb. in probl. de igne n. 2.

§. II.

Ignis Fatuus.

UT non omne quod splendet au- Lux fi-
rum , ita nec omne quod lucet , fl. a.
ignis est . Lucet corylus putrida , si sub
dio relicta tenebras sentiat . Lapis Bo-
noniensis à patria diuersus , soli exposi-
tus lucem imbibit , quam adeò tena-
citer servat , ut eam mediis in tenebris
jaetet : Hoc ardentes parieti charac-
ters inscribi possunt , sed lux hæc est ,
prætereaque nihil.

Fatuum. Parem videtur naturam sortita illa
ignis. impressio ignita, quam meteorologi
fatuum ignem dixerunt. *Est exhalatio
viscosa, pinguis, bene conglutinatis in-
ter se partibus constans, & arcensa.* Fa-
tui nomen vel ab inconstantia, quam
continuo ferè motu exhibet, traxit;
vel quia ignem se mentitur; quid enim
fatuum magis, quam alium videri
velle, & alium esse.

Causa Accendi hæ viscosæ exhalationes
efficiens pluribus causis possunt. 1. Per antipe-
ri. ristam nocturni frigoris, cui dum
gus no- halitus illi pingues naturâ suâ calidi-
as. resistere parant, colliguntur, & uni-
2. Ven- ti calore intenso accenduntur. 2. In-
tus. flammari possunt vento, qui partes
crassiores exhalationum, partium
ignitarum congregationem impe-
dientes, diffat, & dissipat. Cur enim
natura disponere mixtum nequeat, si
ars materiam reperit vento inflam-
mabilem. Eam ita docet Kircherus.
en mun. Atramenti, sulphuris, olei vitellorum,
subt. singulorum partes æquas torre in frixe-
rio supra carbones, tum adde partem
quartam ceræ, & incorpora: serva in
vesica oleo imbuta, hujus orificium ce-
râ occlude, ne aër subintret; hanc si
recluseris, ventis exposita flamnam
2. Sol. alet. 3. Possunt halitus illi viscosi à so-
lis

lis radiis accendi , & lucem, quam à diurna oppressi non poterant, nunc in tenebris testari. Materiam , quæ solis radiis exposita flammam concipiat, ita componit Tilkouski. Sume oleum the- met. p. rebenibinae resina , vivi sulphuris , ju- i. §. 1. niperi , naphthæ , lini , colophonia , taniphoræ. Item picem , salnitrum , anatum pinguedinem , omnium duplum : aquam vitæ à phlegmate repurgatam ; mixta hæc ac tusa omnia in vase vitro sub fine per menses duos recordantur : his elapsis distillentur , tum liquor pulvere pyrio , aut columbino cibrato subigatur : hac mixturâ quidquid illeveris, sol æstivus accendet.

Locus ignis fatui natalis est infima Locus. aëris regio. Frequentior ad furcas & loca reorum suppliciis infamia visitur, quia corpora in halitus pingues & viscose resoluta materiam faciunt his ignibus opportunam. Coemeteria pariter frequentes inerrant, nam cada- veræ estò defossa pingues halitus continuò exhalant. Hinc tempora cryptis inædificata febricitantibus noxia , & universim habitationem ad coemete- ria minùs salubrem esse, Medici do- cent.

Ignis hic viatoribus conspicuus con- Cur di-
tinuò discurrit; quod accidit, quia le- scurrit?

vis cùm sit, à quovis auræ motu facile mobilis rapitur. Hinc viatorem præcedentem sequitur, fugit insequenter, & fugientem insequitur ; prout nempe viator aërem vel post se fugiens rapit, aut procedens ante se propellit.

Dicit ad pecicula. Si lumen hoc incauti viatores sequuntur, ad flumina, ut plurimùm, & præcipitia seducuntur. Flumina enim cursu, & præcipitia constanti aëris circulatione, aërem attrahunt, quem vehiculi instar ignis hic sequitur.

Saltitatem. Saltitare aliquando, & subsilire conspectus ; quia guttis antelucani roris gravioribus illabentibus deprimitur, & instauratis iterum viribus ex innata

Strepitum. igni natura sursum eluctatur. Murmurare pariter strepere, voces fingere rudibus & timidis auditur ; sonum hunc eadem roris antelucani, aut vaporis alterius guttae super ignem hunc deciduae causant : non secus, ac quando ignis levi aquâ inspersus strepit ; aut quando ligna recentia foco subiecta humori confluentia varias voces fingunt.

Tempus. Æstate plurimùm regnant, tunc enim majore vi solis copiosior è terra, & paludibus exhalatio educitur : unde

de locis calidioribus Imagis familiares sunt ignes fatui, & sub zona torrida passim per agros vagantur.

Si solitò frequentiores ardeant hi ignes, aëris corruptionem indicant, eos enim ex materia sulphurea, terrestri, combusta, generari locus nativitatis ostendit, quæ aërem inficere, ac epidemiam causare apta sunt. Quibus indiciis potest de futuris contingentibus dari determinata veritas.

Arte fatuum ignem parare non difficile: si enim camphora in spiritu vi- ni usque ad consumptionem intra conelave coquatur, calidi halitus camphoræ congregati, & suspensi accendentur, & fatuorum ignium æmuli plus, minùsve lucebunt, prout materia copiosior, meliusve compacta fuerit.

QUEST. An aqua ardere possit? V.
Tylkovski. f. 151.

§. III.

Ignis Lambens.

Affinis fatuo ignis lambens accedit Quid est exhalatio pinguis & tenuis, ex sit? spiritibus animalium ferventieris temperamenti orta, & flammæ instar acescens. Lambens dicitur, quia pilos ani-

animalium, quibus potissimum infidet, allambere videtur. Tiberii equus sic visus ardere.

*Homi-
nibus
fami-
liaris.*

Homines quoque saepius hoc igne afflati: nam, praeter Ascanium, cui lambere flamma comas, & circum tempora nasci visa, testatur Kirch. quoties cryptam subterraneam Romæ subibat, toties è comituna sudantium eapite flammulas facis instar erupisse. Cardanus ait; se Carmelitici Ord. virum novisse, qui quoties capiti cappam induisset, toties scintillas jaculabatur. Alexander M. fervorem pugnæ capitis totius inflammatione militibus conspicuâ testatus est. Fertur alius nocte concubiâ ad solam lucem ex oculis emicantem libros lectitasse, non quod visio fiat per extramissionem specierum, sed quod scintilla oculis erumpens speciebus lucem, quâ videri possent, affuderit. Quod etiam de Tiberio memorant historiæ. Hi temperamento admodum calido prædicti fuerunt. Calidiores enim his ignibus magis sunt obnoxii. Ob caloris excelsum ebriis, iratis, rufis frequentius ignes hi lambentes accidunt.

*Causa
efficiës.* Causa inflammationis hujus est agitatio, & vehementior motus; quod apertis poris corpora pinguorem humorem,

morem , & sudorem protrudunt (hic fumi instar prorumpere s̄epiūs , maxi- mē hieme , videtur) qui congregatus acceditur . Sic nitedulæ seu cicinde- Lux cī- læ , quæ græcis lampyrides , humorem cindelæ . spiritosum stillant per intervalla , vel retrahunt ; prout pro arbitrio suo il- lustres & lucidæ splendere , vel inqui- rentium manus evasuræ , latere desi- derant .

Huc familiares nautis ignes revo- Castor
care placet ; qui navium malis , aut ♂ Pol- antennis insidere sueti : si gemini sunt , lux . ferentatis omen faciunt , & benefi- co nautis Castoris & Pollucis (qui mare pyratis liberarunt) nomine compellantur : sin autem vento va- lidiore pulsi in unum ignem coale- scunt , tum infausto Helenæ nomi- ne , utpote secuturæ tempestatis pro- dromum infamem notant . Aliquan- do feruntur hi ignes , non sedent . In Romanorum castris visa sunt ardere pila , ignibus in illa delapsis . Helenæ .

Sæpe tamen ludimur , ignem af- Furfur firmantes , ubi nullus est . Omne si- lucet . quidem lucidum & album in tene- bris micat , ut in speculis , ensib[us]que politis patet . Unde Scaliger scintillas de Cumantiaæ Heroinæ capillis , quo- ties pecceretur , erumpentes , non ignem

ignem lambentem , sed furfurem candidum fuisse putat ; & addit : equum sibi fuisse candidum , qui toutes fictam spaſgebatur lucem , quoties strigili perfricaretur . Furfur enim è ſico animalium sudore ortus lucem mentitur in obſcuro .

Nō accendit. Innocuus ignis lambens eſt ; nec accendit , nec calefacit , quia tenuis nimium & rarus . Ob quas cauſas etiam vini ſublimati flamma ſinē laſione traſtari potest ; nec lignum accendit , licet ſuper hoc effuſum ardeat . Ma- teriam tamen facile inflammabilem accendi poſſe Carolus Rex Navarre Medicorum ſuauu linteis vino ſubli- mato tintis toto corpore infuſus ex- pertus eſt , An. 1386. dum enim far- tor filum peracto labore rupturus , minūs cautē linteo candelam admo- vet , hoc à flamma correptum ſtatim exarſit , non priuſ extinctum , quām Regem extinxiffet .

Quæſtio : An humore è cicindela di- ſtillato literæ lucentes for- mari poſſint . V. Kirch. mun. ſubt. p. 2.

§. IV.

Draco volans.

HOc nomine vocatur major exhalationum calidarum copia , non sit ? multum coagulata , quæ dum in sublimi vehitur , nubi frigidæ occurrentes ab ea repellitur , & Draconis nomen à figura , quam à nubis impetu accipit , obtinuit ; nam cum frigidæ nubis impulsu hæc illacque fleatatur , sit , ut figuram oblongam , amplâ & tumente alvo , & graciliiori caudâ referat . Paracelsus animal æthereo igne natum esse sibi persuasit . Plures è ruribus habet opinionis patronos , qui hæc exhalatione accensâ decepti , Dracones per aëra volantes , & copiosum ignem eructantes se vidisse tantum non jurant .

Sibilum hæc edit impressio , ut & *Sibilat* . in hoc draconi conformior simplicibus imponat : quem nubis naturâ suâ humidæ cum his halitibus siccis admixtio causat . Sic etiam pulvis pyrius madens aut humefactus , si accendatur , strepit , nam humor igni concertans sibilat .

Æstate frequentiores hi Dracones *Tempus* volant , quam hieme . Quia sol calidior

dior plures in sublime halitus rapit.
Estò enim hieme plures vapores sensibus incurant, cum passim è loquentium, vel animalium ore copioses fumare halitus cernamus: accidit hoc ob aëris halitus condensantis frigus; Æstate quippe calor eos attenuat; quod verò tenuiores, tantò plus sensum fugiunt, donec in media regione aëris iterum à frigore condensati vel antiperistasi, vel vehementi motu, quem nubium impetus causat, accendantur.

Effectus. Volantes hi Dracones corrupti aëris, & communis infectionis præcōnes esse possunt. Dum enim in aëre tantæ molis meteora generantur, aër se multum infectum, & corruptis exhalationibus refertum hac luce prodit.

Artificialis. Draconem volantem æmulari volens, sumat oblongas corigias, in aqua vitæ (in qua priùs camphora fuerit resoluta) maceret, pyrii pulveris triti farinâ conspergat, & accensas ex edito dimittat: hæ ob tortuositatem, & sibilum Draconis, serpentisve volantis metum rerum ignaris faciet.

QUESTIO: An Dracones verè ignem spirent? V. Phys. Curio. Schoett.

§. V.

§. V.

Reliqua minora meteora-

Quia materia è sublunaribus in sublime promota ob figuræ, magnitudinis, raritatis, subtilitatis, levitatis, intensionisque varietatem diversissima est, sit: ut multiplicia pariter ex ea consurgant meteora; quæ plerumq; ab extrinseca, quam referunt figura, nomenclationem sortiuntur, nec materiâ, nec modô multum inter se discrepantia. Potiora versus iste complectitur, in quo numerus nominibus impositus aëris régionem, in qua generantur, notat.

2.

2.

Saltantes capreæ, currentia Sydera, Nomi-

2.

na luci-

Flamma,

derum

3. 3. 3. Lancea, Stella cadens, ignis perpen- 2. miteo-
dicularis, rorum.

3. I.

I.

2.

Fax, ignis fatuus, Lambens, Draco,

I. I.

Castore Pollux.

3.

1.

2.

2.

Trabs, Helena, & tonitru, fulgur.

2.

3.

fulménque, Cometa.

Risu

Risu plus, quam confutatione digna est Theophrasti opinio, dicentis: sicut in terris arbores pro naturae qualitate varios fructus gignunt, ita etiam Sydera in celo esse, quorum alia grandinaem, alia capram, alia lanceam &c. producant; ita ut quot meteora, totidem diversorum astrorum fructus sint, tum conspicui, dum maturuerint. Mittamus fabulas.

Trabs. Trabs est impressio è vaporibus collecta & accensa, angusta quidem, sed in longum ducta. Differt à nubibus, quæ aliquando graciles in longum extendi visuntur, hæ quippe nullo concepto igne lucent, sed à solis radiis colorantur, unde nubes de die, trabes noctu sunt spectabiles. Trabs hæc multis cometæ suspicionem visa movet. Verum Fromondus trabem Ann. 1625, observavit, quæ ab occasu orta sensim ad cœli culmen evecta, lunam obscuravit. Sublunare proinde meteorum

Lancea dici debet. Eadem materia si minor in longum, non jacentis in formam, sed erecta, steterit, lancea vel jaculum dicitur, quam enim formam halituum congregatio induit, eam igne correpta exhibebit.

Capra saltans Capra saltans dicitur ignis exhalatio-saltans, ne inæqualiter in longum extensâ natus, qui

qui motu quodam, & saltu ignitur. Si enim vaporum congeries inæqualibus constet exhalationibus, aliis subtillioribus, adeoque promptius ignobilibus, crassioribus aliis; non tota massa simul accenditur, sed flamma, saltitantis in morem, de uno loco in alium, caprarum more, transilit; unde impressioni huic nomen adhæsit.

Stella discurrens, aut cadens, va- *Stellæ*
riis causis nasci potest. Nam 1. si ex- *cadentia*
halatio globosa, bene compacta, ac *causæ*.
censa, stellæ imaginem quantitate re- *Prima.*
ferens, in halitus sulphureos æqualiter
in longum extenos incidat, quid mi-
rum, quod per eos successivè serpat,
& unam partem exhalationis post
aliam cursim corripiat. Non aliter
flamma serperet, si pulvis pyrius, in
gracilem lineam dispositus, ex una
parte accenderetur. Idem quotidie
uluvenit, dum candelæ recens extin-
etæ sumus, calidis exhalationibus
plenus, ad flammarum ardenter propagatur; vix enim hanc attingit, illi-
co virgulæ fumi per longum inflam-
mantur. Dispicet modus iste *Senecæ*, 1. *Nat.*
qui hallucinationis hujus causam cele- *q. c. 14.*
ritati motus adscribit, quæ facit, ut
acies oculorum transitum stellæ de
loco uno ad alterum non discernat, sed

simul videns locum , unde exilierint
stellæ , & quod pervenerint , totum
medium inflammati putet . Pari erro-
re luduntur oculi , si faciem noctu in
circulum ductam aspiciant . 2. Stellæ
hujus casus fieri potest , si exhalatio
calida terram deserens , & in subli-
me rapta , offendat nubem frigidam ;
quæ dum frigore ascensum prohibet ,
retrudit exhalationem ; hæc motu vel
antiperistasi accensa , casum stellæ si-
mulat : non secus ac si quis pollicem
anter & indicem (familiaris Aristotelis
est paritas) cerasi nucleus compri-
mat , & ejaculetur . Tertius modus
est à P. Cabæo relatus . Sicut pyrobolus ,
inquit , ascendit contra gravium na-
turam , quia pulvis chartaceo car-
ceri inclusus , dum acceditur , rare-
fit ; quia verò rarefactio fit per muta-
tionem minoris ubicationis in majo-
rem , pulvis amplius spatium quærit ;
cum autem per unam extremitatem
pyroboi fortiter obturatam exitum
non impetrat , eâ parte , quâ apertus
est , abitu sollicitat ; quo conatu to-
tam chartaceam machinam secum in
sublime abripit : ita hæc exhalatio
contra levium naturam descendit ;
quia dum acceditur , rarefit ; rarefa-
cta locum petit ampliorem , quem
quia

quia superius ob incumbentem nubem frigidam non reperit, ad motum deorsum *cadens*, vel lateralem *discurrens* se determinat. 4. Vento lapsum hunc tribuere videtur Maro : *Sæpe etiam stellas, vento impendente, videbis Prae- cipites cœlo labi.*

Rara vox, quæ non plurimas sic Tem-
in diversum abduci stellas, seu exha- pue.
lationes accensas exhibeat. Si quan-
do tanta flammæ sit vis, ut etiam ad-
versus diem vindicare fulgorem pos-
fit, apparent hæ stellæ etiam de die.
Nostra certè ætas non semel vidi di-
urnas faces.

Hæc & alia minoris notæ, nomi-
nisque meteora ex halibus in cœlo
constata, & genita, variâ mixtorum
compositione facile ars æmulari po-
terit. Quæ quia obvia est, & Pyro-
technicam plus, quam Philosophiam
sapit, ad alios remittimus.

QUÆSTIO : *An stellæ die judicii verè
physicè casuræ sint de cœlo? V.
Valerium in Phil. Sacra.*

§. VI.

Tonitru.

Hic, si ullibi, de tonitruum cau- Quo-
sa, divisi Authores, diversis viam modo
B 2 opifiat.

opinionibus laxârunt. Meteorum hoc inter ignita reponimus, quia plerum-
Primò. que pedissequum trahit fulgur. 1. *Ana-*
xagoras tonitru tum fieri credebat, dum partes ignis è cœlo deciduæ, & humentibus nubibus exceptæ, in his extinguentur; ita carbo, lapis, aut ferrum candens, aquæ immersa strepunt. Displacet oculatioribus hæc opinio: tum quia nullus tam densus in nubibus ignis, tum quia nubes non tam ardè stringunt, ut ignis cogatur strepere. Proba etenim, & seu carbonem, seu ferrum candens aëri expone, etiam nebuloso, nunquam tamen eum vel minimum stridere,
Secun- ne dicam, tonare observabis. 2. *Rena-*
dò. *Deschartes* plures nubium ordines tabulatorum instar super se invicem stratos jacere putat, adeoque continere, ut superiores vel innatâ gravitate, vel vento pulsæ, magno impetu ruant in inferiores, & sonum cieant.
Tertiò. 3. *Paulò* aliter *Seneca*: qui vult tonitru fieri per nubium collisionem, 4.2.n.q. c. 27. sicut ex manuum complosione so-
Quartò nus nascitur sat acutus. 4. *Paracelsus* insinuat, tonitru esse reboationem, & velut echo vocis ad concavum cœli repercussæ. Ridetur ab aliis. Nec im-
meritò: cuius enim vel stentoris vox tan-

tanta , quæ usque ad cœli firmamen-
tum pertingat ? vel quantum tempo-
ris spatiū expectandum , donec vox
è firmamento redux auribus illabatur ?
cùm vox , ut & aliqua agentia , unifor-
miter difformiter agat .

Optime itaque Philosophus noster *Verius*
tonitru excitari docet , cùm siccā & opinio.
calida exhalatio in nubem lateribus den-
sam se insinuat , ibidēque nubis fri-
gore pulsā , huc illucque fugit , donec mo-
tu , vel antiperistasi rarefacta , uno vel
pluribus istib⁹ nubem perfringit , &
elu&tatur , quæ nubis divulsio sonum
quem vulgo tonitru dicimus , causat .
Nec obest , nubem duram non esse :
quantus enim sonus non cietur , dum
aurigæ flagello aërem , nube longè
magis fluidum , verberant ; nec tam
enim corporum durities aut soliditas ,
quam aëris motus sonum causat .

Soni diversitas , è vaporum diversi- *Toni-*
tate nata , in triplicem tonitrua classem trucr-
distinxit . 1. *Crepans* dicitur , quando *pans*.
exhalatio ob spirituum igneorum co-
piam impetuosa , nubium cavo in-
clusa , celerrimè rarefacta , uno istu nu-
bem feriens perrumpit . Æmulatur
istum hunc tormenti fragor , quem
globo repente excusso edit . Aut , si
parva licet componere magnis , cœ-

li tonitrua parturientis imago, castanea est, in qua humor ignis calore resolutus in aërem, & rarefactus, ampliorem ubicationem quærens, cum tumultu

Stridens. bene magno corticem rumpit, & vi-
viam sibi aperit. 2. Stridens tonitrua est, quando exhalatio successivè ra-
refacta, sensim erumpit, & instar cur-
rūs per saxa, vel tabulatum decur-

Tumultuans. rentis, auditur. 3. Tumultuans toni-
trū fit, quando exhalatio nube clau-
sa, exitu non reperto, discurrit, & mo-
dò hanc, modò illam nubis partem
quatit.

Terra tonitrua. Non è nubibus tantum, sed & è
terræ cavernis nasci tonitrua, metalli
fossores testantur. Mons Africanus
Serra leonis dictus, tanta edit tonitrua,
ut eorum murmur ad 50. millaria
propagetur. Et hæc illa tonitrua sunt,

n. q. l. 2. ait Seneca, quæ innubi & sereno ccelo
6. 30. audita, ignaris admirationem movent.

Subterranea hæc tonitrua non raro
fulgur quoquè comitatur. *Joan. Schu-
zehnan Minerarum* per Hung. Praefe-
ctus apud Kircherum testatur, prius-
quam in *Herngrundt* spiracula è rupi-
bus cavata fuissent, vapores in fodi-
nis coacervatos, sæpius lumine, quo
fossores utuntur, accensos, maximum
fragorem edidisse.

Ars tonitrua imitari docuit. Quibus *Artificiis*
 festivis velut tormentorum plausibus *cialis.*
 se hospites suos excepisse meminit
Kircherus: dum globulos vitreos, ce-
 rasi quantitate, aquâ nitrosâ usque ad
 medietatem replevit, orificioque be-
 ne obturato, carbonibus injecit, qui,
 calore aquam inclusam rarefaciente,
 ruptis obstaculis, tantâ vehementiâ
 dissiplierunt, ut tormenti fragorem
 proximè imitarentur. Non absimile
 huic est aliud tonitruum pro arbitrio
 exhibendorum artificium: Si sphæ-
 ram æneam, aut ferream usque me-
 dium aquâ repletam igni imponas,
 donec aër usque ad summam tenuita-
 tem reducatur; tum obturato, ne aër
 transpirare possit, foramine, cœlo ge-
 lido exponas; hujus frigore, & aquæ
 ad connaturalem suum statum se re-
 vocare conantis vi (*substantia enim*
in se suas producunt proprietates) aqua
 simul & aër condensabitur: metu
 proinde vacui, quod è tali conden-
 satione in sphæra illa sequeretur, hæc
 ingenti, horrisonoque impetu in mille
 partes disrupta, laboranti aëri subve-
 niet. *Kirch. mund. subt.*

Estò sonus tonitrui vehementior *Sonus*
 sit, quam machinæ bellicæ, [hujus torne-]
tonien fragor ad 20. & amplius, mil- ti cur-
 liaria major *B.*

liaria exauditur, cùm tonitruī murmur ultra dimidii milliaris spatium ferè non propagetur. Ratio sit, quòd tonitruī sonus recta è nubibus in terras feratur; alter verò tormento genitus versus latus aërem propellit; quo moto, sonus fertur in dissipata etiam spatia, maximè si vento propitio adjuvetur.

Effectus. Varia è tonitruis prognostica variū legunt. *Davidi Frölich* matutina ventos, meridiana imbræ, vespertina maris tempestatem, hyberna ventorum frequentiam portendunt. Juxta *Lopoldum Austriacum* apud *Mizaldum*: si tonitrua ruerint ab Oriente, fausta; si ab Occidente, bella; si à meridie, maris pericula; si à Septentrione, pestem designant. *Mizaldus* observat sequentia: si *Januario* tonuerit, pecora moriuntur, & homines. In *Februario* auditui sunt noxia, mortem maximè divitum portendunt. In *Martio* pestem, & ventos validos. Quæ fiunt in *Aprili*, maritima pericula. *Mayalia* pluviam copiosam, & fertilitatem. In *Junio* piscium, & annonæ copiam. In *Julio* arborum sterilitatem. In *Augusto* serpentum excidium. In *Septembri* magnas hominum cædes. In *Oktobi* ventos, tempestates, frumentum

gum inopiam. In *Novembri* frugum abundantiam, & hominum hilaritatem. In *Decembri* concordiam populi, & omnia bona ominantur. Sit fides penes Authores.

Tonitrum effectus experientia docuit. 1. Viatorem tonitrui sono obscuritatem duisse Mizaldus refert; fieri potuit inducit. vehementi convulsione tympanum auris laxando. 2. Fungi post tonitrua Fungos uberioras crescunt, quia post haec tempore facundens, & plena spirituum aqua terrae dat. affunditur. 3. Cœlo tonante mustum Mucacescit, & cerevisia recens vitium constitutum trahit; quia calidæ cœlo pullæ exhaerumpit. lationes vasí se insinuant, & liquorem corrumpunt. Unde nata Oeconomorum industria, ut, cœlo tonante, vitri fragmento, aut ferri laminâ vasí officium muniatur. 4. Quod tonitru Cervæ Cervarum partum acceleret, non aliâ partum ratione physicâ fieri credendum, quam propter accidens, ratione metus, quo imbellia haec animalia, tonitru increbrescente, corripiuntur.

Frequentiora præ aliis anni partibus Temtonitrua Autumnus audit: quia copiosiores halitus ignei per æstatis ardorem collecti, & in nudem recepti, in Autumno per antiperistasm numerum, se ad natus frigus reducentium,

incalescunt & rarefiunt. In calidioribus orbis partibus tonat saepius, quia major halituum copia nubibus immittitur. Regiones montibus asperae tonitruis magis obnoxiae, quia dum nubes montibus includuntur, se non facile expedunt.

Quæstio : Quantum tempus requirat tonitru, ut sonus à nubibus ad nos propagetur? *V. Cabæum l. 2. ix. 56.*

§. VII.

Fulgur, Coruscatio.

Quid
di?

Fulgur *Anaxagoras* ignem cœlo deciduum; *Empedocles* lucem à materia, solis radiis accensā, diffusam; *Cleisthenes* nec lucem, nec ignem, sed apparentiam tantum, & reflexionem luminis, ac merum oculorum ludibriū esse, credebant. Pari omnes errore hallucinati. Primus; quia (estò cœlum naturā sua corruptibile sit) nullos tamen ignes destillat. Alter; quia etiam in solis absentia fulgura conspiciuntur; cum tamen lux corporis, à quo genita est, præsentiam requirat. Tertius demum; unde enim illa lucis noctu reflexio? *Melius Aristoteles*: fulgur esse exhalationem calidam, accensam, è nube vi erumpentem, & in præsens nube evanescientem.

Sunt

Sunt, qui inflammationis hujus causam motū velocitati adscribant, experientiis opinionem fulciantes. Sic plumbum sagittæ alligatum, ob præpetem arcu emissi teli motum liquefieri vel Aristotelī persuasum. Tartari, fera gens, urbes & arces incensuri, sulphur, & somitem sagittæ illigare consueverunt; hæc enim motu incensa, testum, in quod incident, inflammant: Fors eadem dari posset ratio, cur candela recens extincta, velociter mota, iterum, absque novi ignis admotione, inflammeretur. Ovum solo per aëra motu in funda coqui posse, passim creditur. Atii tamen motum in rebus animā carentibus connaturalius frigoris, quam caloris causam esse, persuasum habent. Sic aqua calida motu citius refrigeratur; sic pueri funi è trabe pendulo insidentes, huc illucque agitati, refrigerari se fatentur. Et ratio est in promptu: quia per motum aëris prior corpori adhærens, & quiete tenuerat, repellitur, novusq; recentior accersitur. Hinc æstate calentes fabello movere aërem consueverunt. Proinde soli motui exhalationum suæ cessionem adscribere veriti, attritio-

Attritio.
se

ne fieri judicamus, per quam partes calidæ ab humidis divulsæ, ac inter

se congregatæ inflammantur. Nec novum est, attritione ignem elici; nam ligna confrictione ignescunt; si-lex chalybi allisus scintillat; ferrum li-mâ exercitum calet. Ideo etiam ala-pâ fortiori cæsis scintillæ videntur ex oculis prorumpere; quia spiritus ca-lidi, visioni servientes, alapæ i&du, & manûs allisæ attritione attenuantur, & ab humidis separatæ in aëre uniun-tur, & lucent. *Aphrod.* in *probl.*

Dum nocte serena fulgurat, scito, nubes illic latere, unde fulgura proce-dunt, quas videri à nobis terrarum tumor, & globi terrauei declivitas non sinit.

Videtur prius, quam audiatur. Prius est fulgure tonitru; visio ta-men fulguris tonitru auditum ante-cedit. Lux enim propagatur in in-stanti, species audibiles verò per aëris crispatiōnē ad aures deferuntur. Exemplum est in obviis: lignisecam aspice, & notabili tempore prius vide-bis ictum, quam sonum percipias. Ma-chinæ bellicæ flamma in remoto cer-nitur, & notabili temporis spatio in-terjecto, primūm sonus auditur. Ali-quando tamen coruscatio fulguris, tonitru auditum non præcedit, si neinpe, priusquam accendatur exhala-tio, prius nubem diu concusserit.

Corusca-

Coruscatio differt à fulgure, quod Coruscatio absque tonitru. Si nempe nubes, scatio. cui inclusa fuit exhalatio tenuis, & facile permeabilis, cedat; tunc enim licet aliqua collisso fiat, tanta tamen non est, ut fragorem edat etiam in diffuso perceptibilem.

Fit pariter tonitru absque fulgure; Tonitru vel quia exhalatio nubem rumpens, sine fulmultam habens admixtæ humiditatis, gure. non accenditur; vel quia flamma ob nubium aliarum crassarum interpositionem ab oculo removetur; vel si exhalatio nubem in superiori superficie cœlum versus perrumpat.

Vesperi saepe sine tonitru coruscati- Fulgur ones visuntur; quia ob nimiam hali- sine tonitru. litum siccorum & calidorum raritatem materia sono excitando insufficiens redditur. Refrigerari per tales cœlum dicitur, nec male: per eas enim exhalationes calidæ, quæ interdiu aërem calefecerunt, consumuntur.

Effectus fulguris observati sunt præ- Effectus cipui: 1. Si fulguret à Septemtrione, 1. grandinem; si ab Austro, & Zephyro, imbres portendit. 2. Fulgure intuentium laeduntur oculi, tum ob splendorum oculis infestum, tum ob spiritus venenosos, & ambustos, qui delic-

3. tissimo oculi organo immisso facilem
vitium insinuant. 3. Ob eandem spiri-
tuum malignitatem vites crebro ful-
gure minus frugiferæ, fructusque in-
salubres redduntur. 4. Cæterum clা-
ra fulgura habentur pro innoxiis, sub-
rufa verò, quæ multo sulphure abun-
dant, noxia censemuntur.

Artifi- Coruscationem arte representatu-
cialis rius, accipe sulphur, salnitrum, cam-
Coru- phoram, & naphtham; contrita misce,
scatio. mixta spiritu vini dulie, diluta cucur-
bitæ infunde; huic ignem suppone, &
vapor, qui se diffundet, accedente lu-
mine, momentò in flamnam anima-
bitur; haec ratione facies, ut quis cubi-
culum accenso lumine ingressurus,
Mag. l. illud igne plenum inveniat. Kirch.
3. p. 2. Item ex nitro, sulphure, calce viva,
& bitumine, si fiat mistio, hanc asper-
sione humoris accendi posse, Jonstonus
Author est. Mete. c. 5.

QUESTIO: Quæ tempestates magis
metuenda, an quas rara, an
quas multa fulgura comitan-
tur? V. Cabæum.

§ VIII. Fulmen.

Quid Aracelsi opinione fulmina è cœlo,
fit? velut è vase deponuntur; crede-
bat

bat is, cœlum vas quoddam sulphure,
Mercurio, & Salpetrâ plenum esse.
Plinius cœlos vivere arbitratus, vapo-
ribus alimenti loco pasci, & fulmina
excernere scripsit. Bodinus non nisi à L. 2. c.
Dæmonibus formari, asseruit. Nobis 20.
Aristotele duce, Fulmen est exhalatio
spiritosa, & tenuis, habens partes bene
compactas, inter nubem ex vehementi
collisione & attritione ignita, & inde
magnō impetu in terram usque explosa.
Nec obest, nubem humidam esse: nam
si aquæ ardere possunt, cur non etiam
humida ignem possint concitare?
Possidonio teste, flamma ducentorum
passuum altitudine, disruptis aquis, ex
Ægeo mari emersit: quod si immensa
propè aquarum vis flammam hanc
comprimere non potuit, minus ignem
fulminis tenuis nubium humor, aut
pluviæ suffocare poterunt.

Tres fulminis species numerantur: *Fulmen*
Siccum non accedit, sed comminuit siccum.
tantum. Ita sæpè ligna, & marmora
fulmine ista, in farinam quamdam, &
pollinem resoluta vidimus. Qui ef-
fectus non penetrationi, que natura-
liter implicat, sed spirituum fulminis
tenuitati, corpora per poros perme-
anti, & nunc humidum glutinosum
momento consumenti, vel dissipan-

Humi- ti adscribendum. *Humidum fulmen dum.* innocuum cadit sīnē strage; hæc bruta fulmina vocat Seneca, quibus spī-
Ignētū. ritus non satis compactus. *Igneum* tandem fulmen est, quòd accendit. Differt à fulgure, quòd hoc præ illo debilius: unde Mizaldus fulgur definiens ait; esse vibrationem flammæ, quæ fulmen futura erat, si plus virium, aut materiæ habuisset; hujus defectu fulgur statim in aëre consumitur, fulmen vel infra terram penetrat.

Fulmen His annumerā fulmen mutum, mutum, quod sīnē tonitru silentio cadere observatum; sed hoc minùs violentum nihil sternit; cùm etiam pulveri pyro quantum soni, tantumdem virium adimitur. Tale fulmen imitatus *Floravantius*: R. lib. 3. *Salnitri purificati, unciam unam, 5 semis camphoræ pure, sulphuris optimi unc. 4. carbonum nucis unc. 6. quæ mixta pulverem mutum efficiunt.*

Mate- *Materia fulminis non semper est ria ful- lāpidea, imò nec dura semper, gran- minis.* dem tamen impetum habet. Exem- plo sint cuniculi, in quibus modi- cus, isque non durus pulvis tantam stragem edit; cùm unicum pyrii pul- veris granum rarefactum, teste *Fro- mondo*

mondo 115000. priori majorem locum occupat. Soli spiritus fulminis, ut potest subtilissimi tanto, quem experimur, impetu producendo non sufficerent, nisi terrei vapores illis mixti conatum promoverent. Nam & in sclopo soli pulveres, qui merus spiritus sunt, minori cum impetu inflammantur, quam si charta, aut globo adjuventur: Spiritus volatiles fixo corpori miscendi sunt, ut impetus augeatur.

Tanta saepe terreorum vaporum *Lapis copia calidis halitibus in fulmine miscetur*, ut & in lapidem, quem cuneus. neum dicimus, non raro concrescat; ad eum ferè modum, quo vinum duratur in tartarum, vel quo in homine calculus generatur. Et, si serpentes, ut post multos *Et serus testatur*, solo halitu lapidem conflare à natura sunt docti, cur halitus in nube congregati nequeant in lapidem condensari. Certè copiosam intra nubes terreorum vaporum copiam contineri, aqua pluvia vase obvio excepta docebit, cuius fundus terreis fœcibus abundabit; ut proinde lutum in lateres, ita terreæ hæ partes ignis potentia in verum lapidem conflantur. Nec desunt exempla: Lapides passim circum-

Circumferuntur cœlo tonante dejecti.
Ensi chemii fulmineus lapis 300. li-
 braru[m] gravis in templo servatur,
 quem anno 1492. lapsuni scribit *Ant.*
Boet.

Lapidis Candidus ut plurimum & pellu-
 qualitas eidus hic lapis est, quod ignis exco-

- 1. quentis, & à fôrdibus depurantis
 vehementiae adscribendum. 2. Præ-
 ter lapidum naturam levis est ; quia
 nempe probè excoctus parùm humo-
 ris habet, qui gravitatem augere so-
 let. 3. In cuspidem acuitur ; quia nul-
 la figura perruptioni aptior; hanc pro-
 inde exhalatio nubem perforatura in-
 duit. 4. Conicam plerumque figu-
 ram retinet ; quia mixtum est è le-
 vioribus simul & gravioribus vapo-
 ribus ; quòd fit, ut graviores subsident,
 & leviores attollantur. 5. Lapis hic
 molliri, aut elaborari se non patitur ;
 quia est ultima decoctione decoctus,
 adeóque durissimus.

Nomi- Lapides hi cœlo decidui varias ac-
 nalapi- cepere nomenclationes : 1. fulmineus,
 dis. Ce- de quo suprà, Cuneus, vel Ceraunia
 raunia. dicitur : puerorum lactentium cunis
 suppositus, eos ab Hernia præservare
 creditur, ed quòd qualitatem valde
Bronti- restringentem exhalet. Brontias vo-
 es. catur lapis, qui cum tonitru labitur,
 figu-

figuræ hemisphericæ, ovi ferè magnitudine. 3. Omphias lapis est, qui *Omphicu-*
mum imbribus cadit. Nasci tani hic,^{44.} quām superior ex aquis potest, cùm plurimi hodiecum sint fontes, quorum aqua lapidescunt. Testis esto Scepusiensis per Hungariam tractus, ubi domus ampleæ aqueis è lapidibus ereæ.

Motus fulminis impetum sequitur, *Motus* licet ignis, & flamma naturâ suâ sursum tenderet, ab opposita tamen nube crassiori deorsum impellitur. Numen superiori parte crassiorem major à radiis reflexis solis distantia facit, quæ frigus intensius, & hoc maiorem partium condensationem causat.

Motus fulminis deorsum ruentis, *Cause* non perpendicularis, sed obliquus est, *motus* vel quia ob spirituum levitatem quo-vis auræ motu à via deflectit, vel quia impetu laterali è nube excutitur; vel demum, ut docet Seneca, quia natu-^{n.g.l.2.} ra ignis sursum vocat, vis autem, quā c. 28. è nube dejectum fuit, deorsum premit; atque ita, dum neutra vis alteri cedit, mediâ viâ, id est, oblique fertur, donec vieto ignis conatu, ad terras descendat. Ex quo facilis est ratio, cur alta potissimum fulminibus sint ob-

obnoxia , juxta tritum : feriuntque summos fulmina montes. Cùm enim hæc obliquè ferantur , alta pluribus fulminis viis occurunt , humilia unius perpendicularis quippe è cœlo unica , ad latera verò , seu diametrales , duci possunt innumeræ.

*Tem-
pus.*

Sunt rariora hyeme , & adulta æstate fulmina. Hyeme quidem , quia exhalatio , ut minus habet caloris , ita ignem minus , etiam ab agente extrinseco , recipit. Hinc Scythia , uti & reliquæ frigidiores orbis partes à fulmine sunt securæ. In Brasilia rarisima fulmina , fulgura tanta sunt , ut solem luce superare videantur. Æstate licet copiosi , iisque calidi halitus descendant , tenues tamen adeò sunt , ut fulmini conflando sint inidonei. Unde in Æthiopia , locisque ad Tropicum Cancri accedentibus , rarum fulmen.

Effectus: Ut ex variis salis , nitri , bitumi-
varii, nis , aluminis , calchanti , sulphuris , aliisque spiritibus fulmen coalescit , ita diversissimos parit effectus. Pau-

Aqua cos habe de plurimis . 1. Flamma ful-
non ex minis pertinaciter aquæ resistit , nec
tingui- ab hanc restinguiri se patitur ; accidit
tur. ob vaporum viscositatem , firmamque
cohærentiam , quæ aquam penetrare
non

non sinit. Accedit; quod aqua præ caloris vehementia in vaporem dis- solvatur. *Lac* compescendo fulminis *Lacte* incendio magis opportunum, quia *facilius* viscositate nativâ se rei accensæ affigit, ac poros claudendo, ignem suffocat.

Acetum quoquè felicius hos in ignes agit; acre quippe cùm sit, subtilitate suâ rei ignitæ poris promptius se insinuat. Ignem aquâ inextinguibilem docuit Albertus M. & sic habet.

*R. Olei benedicti lib. 1. olei lib. 3. olei Ferrum de vitellis ovorum lib. 1. ex quibus fiat mixtura. 2. Fulmen etiam ferrum, & vit. durissima quæque dissolvit, quia spiritus tenuissimi per poros facile se insinuant. Quod ipsum arte fieri posse ostendit P. Tylkouski *R. Picis liquidæ, gummi juniperi, olei è bitumine, olei è sulphure, olei de nitro, olei ex ovorum vitellis, olei laurini, singuli partes senas; pulveris lauri sicce in aqua vitæ macerati partes 14. salisperæ ad pondus omnium, quæ debite mixta, & distillata ferrum exurent.**

3. Obscuram fulmen diffundit caliginem, & tacta fuligine notat; causant nē cauhanc halitus combusti, maximè an sat. timonii crudi. Sic si picis navalis duræ lib. 4. picis liquidæ lib. 2. colophonii lib. 6. sulphuris lib. 8. salnitri lib. 36 carbonum

bonum lib. 10. ferruginis pineæ lib. 6.
antimonii crudi lib. 2. misceas, & hoc
liquore in butam stupram incendas, ob-
scurissimum, & plenum caliginis dabit
ignem. Eadem est ratio, cur fre-
quenter eos, quos luce perstringit,
excæctet; aut etiam factorem, maximè
Non læ- sulphureum relinquat. 4. Allambit
dit. sæpe fulmineus ignis, neque nocet.
Quædam enim naturâ suâ contra-
ignem se tuentur, ut asbestus, qui
in telam ductus, si forte usu fordes
contrahat, igne purgatur: si aquam
fabarum calidam calcii dissolutæ mi-
scueris; & malvavisci, atq; magranculi
aliquid addideris, istaque massa imbu-
eris, ac resiccari manum, ignem tra-
stabis innocuè: simili arte utuntur
empyrici, dum publico in theatro ad
populi circumfusi admirationem
plumbo, & pice liquatis manus la-
vant.

Mollia 5. Mollibus parcit fulmen,
non læ- sevit in duriora; ut si frangeres nuces
dit. illæso faceulo, quo continentur. Sic
solvit aurum, aut argentum, nec ci-
stâ, nec marsupio continente læso;
liquefacit gladium vaginâ integrâ;
consumit vestes illæso corpore; pe-
dem comminuit salvo calceo; ossa
frangit, carne non tactâ; ligno super-
stite hastilis ferrum liquat; medullas
arbo-

arborum incinerat, cortice non signato; manum laedit chirothecā non afflictā. Mira hæc sunt, naturalia tamen: in iis enim, quæ molliora mīnus resistunt, aut plures poros habent, non occupatur fulmen, sed celerrimè transit sine noxa; sed ubi resistentiam, invenit, ut in durioribus, & quæ pauciores poros habent, quia ejus casus retardatur, ideo se detinet, donec contraria rumpat, sibique vi viam aperiat. Quamquam hæc efficiuum tanta diversitas, etiam halitum, è quibus fulmen coit, naturæ adscribi possit; multa enim uni metallo, aut subjecto inimica, amica sunt alteri. Sic aqua fortis chalybem, quid durius? exedit, & eadem ceræ molli parcit. 6. Feles, *Feles*, canes, capras præ aliis animantibus *canes*, frequentius à fulmine peti observa-*inse-*tum. Hinc naturæ, nota sibi pericula *quitar*, carentis, instiactu canis, tonante cœlo, sub hominum pedes reconditus asylum quærerit. — *Bartholinus* causam in halitus ex animalium istorum corporibus exhalantes conjicit, quos tamquam materiam cognatam, & nutrimentum aliquod fulmineus ignis insequitur. Probabilius est, quod communior fert opinio, animalia nempe quæ metu, cœli tumultibus excitato,

in-

Vase inquieta sunt, fulminis ictui esse magis
 fracto obnoxia, hoc enim volatile motum
 vinum omnem sequitur. 7. Dolium fulmi-
 nō dif- ne comminutum, vinum tamen non
 fuit. disfluxisse, sed triduo sine vase stetisse
 Met. c. Albertus memorat. Causam petis? ful-
 men adfert secum viscositatem, quæ
 vase consumpto, pelliculæ instar vi-
 num ambit, non secus æ fracto cor-
 ticę ovum continet pellicula ei ad-
 nata; dein potest etiam calor liquores
 addensare, si exhalationem siccari
 admixtam habeant, quarum magna
 in vino copia. Par virtus à Dioscoride
 herbæ Pselio tribuitur, quæ vino im-
 mista, i ludo humore quodam viscofo-
 replet; quam viscositatem quia vini
 calor ad extimare repellit, sit, ut vinum
 crustā quādam obducatur, & quasi
 tenui corio vestiatur. Vinum sic à
 fulmine vestitum, aut arsentiam, aut
 mortem, potum adfert, ob noxias ful-
 minis qualitates. Alias contrarium
 Vinum omnino accidisse Lucretius recenset,
 in vase nempe vinum, illæso dolio, à fulmi-
 consu- ne exhaustum, consumptumque fuis-
 mit. se. Si verum, tunc spiritus fulmi-
 Veneno nis calidissimi poros vasis penetrantes
 liberat, calore exiccarunt. 8. Venenata post
 & infi- fulminis ictum venenum ponere, &
 cit. ex adverso, quæ veneni antea nihil
 ha-

habebant, id à fulminis plaga contra-
here, pervulgatum. In primis vene-
num ignis exurit; unde aér pestilens,
& literæ de contagione suspectæ, igne
purgari solent. Secunda Sulphuream,
noxiāmque exhalationem imbibunt:
sunt enim venena, quæ in fumum re-
soluta, magis sœviunt; cujus experi-
mentum aurifices capiunt in Mercurio.
Serpens fulmine tactus vermiculat,
quod alias ei nunquam usuvenit; quia
ob venenum naturâ suâ friget, frigida
autem non verminant; quo frigore,
uti & veneno fulminis igne privatur.

9. Vulnera fulmine incussa cæteris Refri-
membris frigidiora sunt; quia vene- gerat.
num iis affunditur: quamquam frigus
illud etiam ex metu, quem fulminis
casus excitat, possit evenire. Metui Fætum
pariter adscribo, quòd *Marcia Roma-* necat in
na mulier gravida, fulmine afflata, par- utero.
tu exanimato, citra ullum incommo-
dum incolumis vixerit; metus enim
matris sanguinem, & humores vehe-
menter alterat, quæ alteratio fætum
matre teneriorem facilius afficit. 10. *Unum*
Si aliquando è duobus eodem in lecto occidit.
recumbentibus unum exanimavit, il- fæcio il-
læso altero, causa fuit, quòd illo tem- læso.
poris puncto, quo fulmen utriq; æquè
applicatum, & indifferens erat, unus

spiritum, & cum eo exhalationem fulmineam, omni aurâ mobilem, at traxerit, alter verò respirium emit-

Sinè tendo fulmen à se amoverit. 11. **Sæ-
vulnere** pè adeò occulto vulnere homo, vel
occidit. brutum à fulmine interimitur, ut
nullum ullius plagæ, aut ictus, vul-
nerisque vestigium superstes visatur:
fortè ob vaporis accensi spirituosa-
m subtilitatem, quæ per nares, os, &
hiantes poros penetrans, vitalia vene-
no occupat; vel, quia repente au-

**Fulmi-
ne icti** ræ afflatu suffocat. Homines fulmi-
ne icti aliquando ita disparuere, ut
**dispa-
rent.** nullum eorum vestigium, ne cinis-
quidem, manserit; tanta enim fulmi-
nis ignei est vehementia, ut homi-
nem non modò interimere, sed & in
cineres redigere possit; qui si à vento
(hic enim fulmina ob vehementem
aëris motum individuus comes sequi-
tur) ablati oculis eripiantur, quid
mirum, hominem disparere? Ita ver-
bi ministrum quemdam in via, quæ
Lipsiâ Forgam ducit, disparuisse, ex
Ioniono discimus. Aliorum corpora
hic ignis in lapidem immutavit; quia
humiditatem omnem abstulit. 12.
Nullum animal fulmine accenditur,
nisi exanimatum; hinc etiam liben-
ter *Plinio* fidem facimus, nullum tan-

gi fulmine, qui ejus sonum audierit.
Prior enim ictus est, quam sonus.

Ingruente validâ tempestate, por-
tam, & fenestras aperire inconsultum; Remo-
fulmen enim aëris motum sequitur, dia cō-
& eò se insinuat, quò per apertos adi- tra ful-
tus aër præcedens viam signat. Ju- men.
dæi, cœlo maximè tonante, fenestras
omnes referant, Messiæ adventum
præstolantes, locò cuius, illapsò sæpe
fulmine, temeritatem luunt. 2. Lau- Lau-
rum, vitulum marinum, aquilam, à rua.
fulmine non tangi *Plinii* sensus est; Ficus.
Ficum *Rhoæginus* adjungit. Ideò *Ti-*
berius Cæsar, exasperato in fulmina
cœlo, coronâ laureâ caput contra pe-
ricula muniebat. *Augustus*, ut à ful- Vitulus
mine tutam stationem inveniret, mari-
tentoria è peñibus vituli marini con- nus.
sarta præstò temper habebat, ut, cœlo
minante, sub his asylum quæreret. *Al-* Quer-
bertus M. buxum, quercum, pinum, cus.
aliaque nodosa, & tortuosa ligna non
facile lædi fulmine credidit; sed in
his contrarium obvia evincit expe-
rientialia; quin & laurum fulmine per-
cussam, *Vicomercatus* annotavit. Sunt, *l 3. me-*
qui cum *Plinio* asserant eum, qui lapidē te c. 10.
hyaciathum secum detulerit, non ici *Hya-*
fulmine. Eandem alii cum *Cardano* cinthus
vim corallio dedere. Verum, ne du- Coral-
C 2 bis hum.

biis immorer, hæc utriusque immunitas commentitia videtur; idem de pelle vituli marini, & lauro puta; quamquam hæc odore forte aliquid prodesse posset, cum, & pestem arceat. Vitulum marinum è natalibus, & è volucribus aquilam rarius fulmine tangi, ex eo credunt *Conimbricenses*, quod ut alia quedam animalia pluviam, ita hæc fulmen præsentiant, & celeritate, quam valent, maximâ periculo, tempestatiique se subducant.

Caver- 3 Fulminante cœlo, profundiores terra. ræ cavernas subire tutum; observatum quippe, iam fulminis etiam lapidei non ultra quinque pedes ter-

Cam- rami penetrare. 4 Campanarum pulpanarū sus, esto naturali etiam ratione aversonus. tendis tempestatibus proficuus sit, uti & tormentorum displosio, quia exhalatio in nubibus congregata ex hoc aëris motu dissolvitur; quia tamen aëris campani sonus, nec recta sursum, ubi nubes sunt, sed oblique ad latera propagatur, & aliunde nec nebulam quidem proximè turri adhærentem sensibiliter dissipat, plus virium campanis à benedictione, ac Ecclesiæ precibus, quam ratione physica inesse persuadeor, maxime si tempestates à sagis ope dæmonum excitentur.

Quæ-

Q U E S T I O : *Altæ, an demissæ nubes plius fulminent?* V. P. Honoratum Fabri.

§. IX. Cometa.

C Ometarum natura, & genesis va- *Aliorū*
riè hactenus torsi sapientes, & opinio,
vix ulla publicum subiit doctrina,
quæ non suum nacta sit adversarium.
Democritus illustrium Virorum men-
tes in Cometas migrare, ac perpetuò
in præmium benegestorum lucere ju-
dicavit *Bodinus* è stellis fixis unam
esse credidit. *Aeschylus* stellā errantem
à septem reliquis distinctam dixit; quæ
non nisi post longiora temporum in-
tervalla sit spectabilis; eò, quod ferè
semper solem comitetur, ejusque
splendore ob nimiam viciniam hujus
lux recondatur. *Anaxagoras* è septem
planetarum concursu coalescere asse-
ruit: A quorum opinione devii, Ari-
stoteli accedimus, dicentes: *Cometam* *Quid*
esse exhalationem pingueam, crassam, sit?
copiosam, partibus bene densis in supre-
ma regione aëris accensam. Loquimur
hic de sublunari. *Pinguem* dico, ut
sit aptior igni concipiendo; *crassam*,
quia, quæ rara sunt, oculum fugiunt;

partibus densis, ne stellæ cadentis in-
star dispareat: copiosam, ob magnam
Cometæ quantitatem.

Super- Quod superlunares Cometas atti-
lunares. net, eorum examen Mathesi transcri-
 bimus. Credimus, eorum materiam
 esse syderum exhalationem; *Cum enim*
cœli, & sydera eandem specie materiam
cum sublunari habeant, non minus
etiam suas patientur exhalationes,
quæ si coëant, ac à sole, vel aliis pla-
netis illuminentur, Cometam exhibe-
bunt. Hinc orta celebris illa cœle-
stium cometarum à septem planetis
sumpta divisio, quâ Saturno plum-
bei, Jovi argentei, Marti rubei, au-
rei Soli, flavi Veneri, cœrulei Mer-
curio, pallidi Lunæ adscribuntur. Ef-
fluvia cœli, & planetarum agnoscunt,
qui maculas in sole, his ab halitibus na-
tas, observârunt.

Causa
effici-
tiens. Causa efficiens cometarum est tum
 calor, vapores copiosos attenuans, &
 usque ad supremam aëris regionem
 evehens, tum sol materiam congre-
 gatam accendens. Sunt etiam, teste
 P. Cabeo, cometæ, qui solo aspectu so-
 lis, aut alterius astri illuminantur, nec
 ardent.

Figura. Figura cometarum secundùm ha-
 lituum, è quibus colliguntur, copiam;

qua-

qualitatem, & dispositionem variatur.
Exhalatio in medio crassior, & in Crini-
extremis partibus rarer crinum facit *tus co-*
imaginem, à qua crinitum sidus dici-
tur. Exhalatio ex una parte rarer,
ac in longum producta, caudati; mo-
dicè protensa, barbati cometæ no- *Barba-*
*men accipit. Quamquam & alias ab *tus*,*
his aliquando figuræ induisse notati.
Ierosolymis gladii instar flammantis ap-
paruit. S. Ludovico sub forma crucis
spectatus. Anno 557. lanceæ figuram
retulisse notatus. Caudati sunt ut plu- *Cauda*
rimùm. Modum, quo cometæ cau- *cometæ.*
da spectabilis nobis fiat, hunc ponit
Cabæus: Corpus cometæ, inquit, cùm l. i. tex.
non sit adeò opacum, ut luminis transitum 37°
impedire possit, illud tamen temperat, &
propagari sinit; accidit proinde, ut solis
lux, per cometæ corpus tralucens, cau-
dam quandam coloret, eo ferè modo, que
si phyalæ aquâ plena soli, vel lucernæ op-
ponatur, non modò phyalæ illuminabitur,
sed etiam ærem ex diversa parte caudæ in
modum exhibebit. Ex eodem fonte
ducit rationem, cur cometæ cauda,
semper in partem soli oppositam pro-
tendatur. Caudam hanc etiam lumi-
ne aliorum planetarum fieri posse, do-
cet.

Cometarum moles non semper ea- *Magni-*

dem. Superlunares ingentis omnino vastitatis esse debent; cum eamdem cum planetis altitudinem occupantes, longe tamen maiores spectantibus appareant. An. 1427. visus cometa 4000. milliarium germanicorum spatium occupavit. Sola barba cometæ ann. 1618. conspecti, tantæ longitudinis fuisse perhibetur, ut toti terrarum orbi septuagies circumligando suffecisset. Sub Aristæ imperio lucens cometa tertiam cœli partem longitudine implevit. Apud Senecam alias ad Galaxiæ magnitudinem excrevit. Sozomeno teste, alias ad terram usque pependit. Minor stellis primæ magnitudinis nullus apparuit.

I. 2. the. Tantum, verba sunt Bodini, annus 1556. vidit, ut non tantum expirations levissimæ, sed aridae, nec omnes quidem sylva, ac nemora, quotquot ubique terrarum erant, pabulo ejus bimestri, quo luxit, sufficere potuissent. Tycho Brache caudam cometæ anno 1577. visi dimensus, 82513. milliarium germanicorum longam fuisse reputat.

Mate- Tanta cometæ moles meritò duria co- bium movere possit, unde tanta ha- metæ lituum copia? cum ad unius consti- tutionem universum terraqueum ex- hauriri debere, quis crederet? Dubio

Cabæus occurrit ex Fromondo ; qui demonstrat : unicum pusillum pyrii pulveris granum , si per rarefactionem in halitum aheat , excrescere in molem 225000. majorem priori. En tam exiguum corpus quantam cometæ materiam suppeditare potest ? Lychnus extictus quantam fumi nubem effundit ? qui si accenderetur , quantus respectu lychni cometa appareret ? *Cabæus* persuasum habet , si fumus , qui ex lychno candelæ ordinariæ magnitudinis extinctæ evaporat , dissipatus diffunderetur , repleret cubiculum etiam vastum. Quid non ergo ingens totius orbis machina fumorum , & exhalationum communicare poterit ; maximè tot inter annos , qui cometarum ortus intersecant ?

Rari enim visuntur ; quia diu partan- *Rari* tæ moli materia colligitur. Si Chro- cur Co- nologos , & Historicos consulamus , metæ . non plures centum quinquaginta senis visos reperiemus.

Duratio cometarum materiæ cor- *Dura-* respondet. Alias citius , tardius alias *tio.* igne consumi materias certum. Mons integer pyrii pulveris momentō igne absumentur , ubi digitale frustum candelæ amplius horâ flammam alet.

Plinius cometam minimum septem , L. 2. e.

ut plurimi oīto dies durare, ju-
N. q. c. dicat. *Seneca* Cometæ maximè lon-
22. gævo septem menses indulget. Ille,
qui Jerosolymitanum excidium fati-
dicus præcessit, anno integro ardens
minatus est. Si materia sit crassa, &
viscosa, diu ignem fovet. Par materiæ
densitas fecit, ut etiam interdiu con-
spicuus fulserit ille, qui *Commodi* Imp-
mortem antecessit. Alium, *Cardanus*
ait, Hispanis juxta Brasiliam decem
dierum, noctiūmque intervallo specta-
bilem luxisse.

Tempus: Tempus cometis non omnino fi-
ortus. xum : nulla pars anni iis libera. Gi-
gnuntur tamen potissimum Autumno ;
quia veris calor tenuis, & debilior ad
viscosam exhalationem congregan-
dam insufficiens ; Hyemis frigus, &
humiditas tot halituum, qui forman-
do cometæ corpori necessarii, evoca-
tionem prohibet ; Æstatis fervor ni-
mius, quos attrahit halitus, consumit ;
Autumnus proinde solus, ubi, fracto
æstatis calore, moderatum frigus va-
pores condensat, propriam cometæ
Lucinam agit.

Colorū Sublunares colorem sumunt à ma-

diver-
sitas.

teria, quam urunt. Materia rarer can-
didum facit colorem, ut patet in lino
succenso ; pinguis, & crassa rubentem,
ut

ut in pice videtur; multum compacta puniceum, qualem ligna duriora fundunt; humida cæruleum, qualis in vino sublimato spectatur. Minerale exhalationes coloris diversitatem cometæ affundere pariter possunt. Nam candidam camphora, pix græca rubeam, sulphur cæruleam, sal amoniaci viridem, antimonium crudum rufam, scobs eburnea sublividam alit flammam.

Motus cometarum varius. Unus *Motus* primi mobilis ab oriente in occasum; *raptus*, quo una cum sphæris cœlestibus, supremâque aëris plagâ in circulum aguntur; hinc, qui matutini lucent, revertuntur in aurora, &c., nocte crescente, non videntur eo loci, quo manè sunt conspecti. Alter motus est *Motus* proprius ab occasu in orientem; Hic propri- erraticus est, & incertus. Sub *Commodo us.*

Imperatore à Septemtrione orientem versùs processit. Sub *Nerone* ex ea- Seneca dem parte in occidentem. Anno 1475. l.7.c.25. ab Austro Septemtrionem versùs ferebatur. Varietas hujus motûs nascitur, vel ex impulsu alicuius Sideris, in cometam dominantis, vel, quia hic materiam invitantem sequitur. Agitur aliquando motu sursum, si nempe deficit materia ex parte inferiori; si verò

ex eadem parte accrescat, rapitur me-
tu deorsum inclinante. Velocitas
motus proprii regulam nescit. Mensura
velocitatis maximæ, haec tenus obser-
vatæ, motus diurni gradus 40. mini-
mæ, gradus duo, assignatur.

Efectus Non impunè cometas ardere, vulgus
Venit. putat. Quidam ejus effectus à natura
sunt: Ventos causat. Sic ille tempore
Anaxigoræ 75. diebus ardens, eam
desit in tempestatem, ut lapidem, ve-
hiculi magnitudine, avulsum in subli-
me turbo extulerit. Anno 1511. in
Lombardia visus cometes, in ventum
resolutus, tres lapides jecit, quorum
unus sexaginta, triginta secundus, &
Sueffa- tertius 20. libras appendebat. Ven-
nus. tum, ut alibi dicendi locus, spirituum,
& aëris motus causat; quem sequi ne-
cessè est, quando tanta moles hal-
tuum, priùs in cometa compactorum,
dissipatur.

**Inun-
datio-
nes.** Grandes cometam inundationes ex-
cipiunt. Anno 454. sub *Theodosio Secun-
do*, ubi, evanescente cometa, omni se-
liberum malo orbis credidit, alibi ma-
re in terras effusum, alibi absorptum,
novam calamitatem fecit. Inundatio-
num causa in ventos, cometæ dissolu-
tione natos, refundenda, qui terras, &
aquas succutiunt.

Siccitatem orbi, atque adeo sterili- Sterili-
tatem campis inducunt. Cometam *tus.*
sæpius consecuta fames. Anni 1543.
exhaustisse rivos, agri fructus absum-
plisse, scribitur à *Sennero*: nec deest ra-
tio; cometæ quippe conflando magna
terræ pinguis exhalatio est necessaria,
quā extraētā, siccām sterilescere terrā,
quis miretur?

Pestis cometam non raro comita- Pestis,
tur. Anno 1337. præter aëris corrupti-
onem tanta locustarum vis orbem in-
undavit, ut earum agmen passim vo-
litans solis conspectum eriperet. Forte,
quia calida, & crassa cometæ mate-
ria putredini obnoxia, in venenum,
& insecta degenerat.

Si Cometæ ortum terræmotus co- Terre-
mitatur, causam habe: cùm enim ad motus.
generandum, fovendūmque come-
tam copiosæ exhalationes continuo
sublimentur, hæ liberum è subterra-
neis cavernis exitum quærentes, ter-
ram obstantem succutiunt.

Cæterū in veterata orbem tenet opinio, dirum mortalibus omen co-
metam esse. Nec tam Poëtæ, quām Mani-
unus omnium esse videtur sensus. lius.

Nunquam futilibus excanduit ignibus
ether.

Nunquam cælo spæctatos impunè co-
metas,

*Squallida delusa deplorant arva coloni,
Aut gravibus morbis, & lenta corpora
tabe*

*Corripit, excusis lethalis flamma me-
dullis.*

Prognostica. Hinc illa Plinii: Si cometa videatur instar tibiæ, malum musicis minatur: si aspectu trino stellarum fixarum aliquam aspexerit, literatorum interitum sequi. Vana æquè sunt Paracelsi, qui cometam, si illustris, Procerum, si caudatus, Ecclesiasticorum, si fuscus, rusticorum, fata nuntiare scribit. *Campanella* decem regulas observari, præcipit, ut cometæ effectus innocentescat. Nempe: colorem, magnitudinem, splendorem, formam, diurnitatem, situm, locum, motum, habitum ad solem, & ad situm mundi; quis in his non erret? Astrologi multi, veridici pauci. Hos *Leopoldus Austriacus* in sumendis è cometa omnibus canones statuit: Cometa niger pestem, albus fertilitatem notat. Si in modum rosæ rotundus, mortem regiam; Si rubens, bella; Si in Oriente appareat, præfigia citò eventura, tarde, si in Occidente. Cæraleus rixas; si in signo *Arietis*, dolores oculorum, boum pestem; in *Tauro* frigus vehemens; in *Geminis* grandia tonitrua; in

in *Cancro* mortes subitas ; in *Leone* bella ; in *Virgine* febres ; in *Libra* siccitatem ; in *Sagittario* æstum ; in *Capricorno* Religionum depressionem ; in *Aquario* fulmina ; in *Piscibus* fidei mutationem portendit. Omitto plura, passim decantata. Quæ quia eidem fundamento, nempe vulgi opinioni, & pusillorum metui nixa sunt, ideo parem cum fabulis fidem merentur. Nullus Certè, si quis physicas rerum causas, cometæ & rationum momenta æquâ indiffer- infa- rentis judicij lance libraverit, nihil in *suis*. iis infausti ominis reperiet, seu hanc, seu illam figuram referant, seu hoc, illòve colore imbuantur. Quis sa- nus Philosophus è nube, casu in Draconis formam compositâ, pestem, aut venena pertimescit? & cur come- ta, in gladium, aut virgam armatus, terreat? cuius generatio physicis orta principiis, eum in universi bonum à Deo, & natura destinatum probat; ut enim corpora, nisi vitiosos vapores exhalent, vitium contra- hunt, & contabescunt, idem aspecta- bili huic universo timendum superes- set, nisi per effluvia, cometæ pabu- lo destinata, malignis halitibus libe- raretur. Nec juvat hic infaustorum eventuum, cometam secutorum, ca- talo-

atalogum texere: si enim annorum, cometis fætorum, seriem, & acta in calculum revoces, totidem fausta evenisse comperies, quot infasta recententur. Et quis annus adeò felix, qui non grande aliquod malum secum trahat? quot his nunciandis cometæ necessarii? Virorum Principum mortem præfigire crediti, quâ ratione? non assequor: motu quippe diurno totam cometa terræ molem circuit, omnibus influit; cur itaque huic potius, quam alteri fatalis, funestaque tæda luceat? nec facile inducor, ut credam, molem 4000. milliarium germanicorum vastam (tanti saepius cometæ) intimandæ hominis unius morti destinari. Nullus propè Regum fatis immunis est annus; casus cometæ ortum Principum morti, nec rarius nativitati conjungit. Possunt quidem à Deo in signum futuræ calamitatis publicæ statui, sed quis consiliarius ejus fuit? Numquid & summam, quam conditus orbis habuit, felicitatem novum sidus Orientis Regibus nunciavit? Quod an cometa fuerit, Conimbricenses consulentes. 3. c. 7. interea huic de cometis discursui coronidem imponat Seneca. Nobis, inquit, rimari illum, S conjectu-

Nat.
ques.

rare

rare in occulto tantum licet, nec cum fiducia inveniendi, nec sine spe; multa venientis saeculi populus nobis ignota sciet. Rerum natura sacra sua non simul tradidit: initiatos nos credimus, in vestibulo ejus habemus. Illa arcana non promiscue, neque omnibus patent deducta, & in meliore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud haec etas, aliud, quae post nos subibit, aspiciet.

Quæstio: An cometæ possint ab Astronomis prædicti? Vid. Tychonem l. I. p. 812.

§. X.

Ignis subterraneus.

COpiosos intra terræ sinum ignes Fre-
ali, frequentior flamarum ruetus quentes.
prodit. In Islandia terni montes, quo-
rum cacumina perpetua nive rigent,
& radices perenni flagrant incendio.
Primus, qui ad Occidentem vergit,
appellatur *Hecla*: alter *Crucius*: tertius
Helga. In Italia prope Arvernus mons,
cui *Moderno* nomen, fumidam exha-
lationem continuò fundit, fremit, ri-
vulos ardentes propinat. Ut mittam
alia. *Vesuvii*, ac *Etnæ* incendia passim
celebrata.

... Horrificis juxta tonat Æthna
ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera
nubem,
Attollitque globos flamarum, & sidera
tambit.

Tam vehementi igne coquitur Æthna, ut centum quinquaginta millia passuum cineribus ejectis repleverit. In Ænaria insula mons Apomeus ignes ostendit. Æolia insulæ, in ora Sicilie sitæ, ob flamarum frequentiam Vulcanae dictæ: ex his Hera massas, ferro ignito similes, evomuit; Lipara obscuram, Strongyle tenuem jaciebant flammam. Atlas Mauritanæ, Argeus Ciliciæ, Nanavata Mexici, Masaia Indiæ montes, crebris ignibus micant. Specus in Micarapa Indiæ provincia tanto æstu flammarum erudit, ut servo aliquando, qui explorare posset, demisso, catenas ferreas, è quibus pendebat, momentò citius liqueficerit. In provincia Chinica Xanti tam copiosi ignes subterranei, ut passim incolæ cibos cocturi puteos effodiant. Includunt eosdē Chinæ vasis, &c, ut nos aquam circumferunt. Imò & per canales deducunt, ut aperto, si opùs fuerit, tubo, cibis coquendis admoveant. Placet jam, ortum, & materiam horum ignium inquirere.

P.

*Mar-**tinius.*

Poëtæ

Poëtæ more suo ad fabulas confugiunt. *Hyginio authore, Typhon im-* *Ortus c. 152.*
mani magnitudine, cui centum capita Draconis, ex humeris nata, pendebant, quod jus regni in controvèrsiam vocaturus, Jovem lacestere præsumpsisset, fulmine percussus, Æthænæ quoque sub monte tumulatus, etiamnum vindictæ testes ignes vomere, ac flammis immortalibus nihil mitiorem iram testari creditur. Magis ad Philosophiæ mentem *Agricola: fomitem horum ignium sulphur, & bitumen* designans. Aptè: nam ignivomis montibus passim copiosum sulphur accubat; bitumen verò adeò pertinax ignium fomes est, ut his correptum, nullis aquis facile compesci possit. Hinc pyrotechnices Magistri, ignem mediis arsurum in aquis paraturi, bituminis plurimum adhibent. Tali pastus materiâ ignis ille, qui *Co- Tacitus doniae succensus, non imbribus, non l. 13. fluvialibus aquis, non humore ullo sopiri poterat, saxis, & vestibus cor- pore detractis oppressus.*

Ignium horum aliqui per interval- *Perpe- la, alii ardenti perpetui, materiâ nun- tui.* quam deficiente; sulphur enim intra quatuor annos in ea molle, quâ eru- tū est, succrescit, teste *Fallopio.* Re- nascun-

nascuntur & alia fossilia. Sal, teste *Chiarcho*, imò etiam ferrum intra annos mille ; apud *Plinium* in *Ilva*, Italie insulâ, intra 100. annos restituitur. Salnitrum quinqueñii spatio novum eruto suffici, scribit *Agricola*, modò fodina, salnitro vacua, terrâ repleatur. Aurum ipsum in frusta concisum magna cum spe fœnoris in Macedo-
Lib. 5. nia seminari, & succrescere, ex *Carda-*
de subt. no legimus. Galenus author est, plum-
 bum, in ædibus subterraneis servatum,
 mole simul, & pondere augeri. Quid
 mirum proinde, si, materiâ ignium
 continuò instauratâ, etiam incendia
 perennent, maximè, cùm præter sul-
 phur, & bitumen etiam saxa ignis ille
 inflammet, ac in pabulum cogat.

*Causa
effici-
ens.*

Causa efficiens horum ignium ma-
 lè in solis, aliorūmve siderum acti-
 vitatem refunditur. *Cœlestes enim ra-*
dii, pro causarum physicarum natura,
 uniformiter difformiter agunt, certâ-
 que activitatis metâ definiti, ultra su-
 perficiem in abditos terræ finus tam
 procul non descendunt; nec calor ab
 iis produktus cum tanta intensione
 eò se insinuat, ut ignium materiam
 inflammare sufficiat; quis etenim sul-
 phur, in terræ superficie projectum, à
 directis solis radiis inflammari sentit?

sen-

fentiendum itaque; ignes illos ab exhalatione, spirituque cavernis inclusi inflammati; qui per antiperistasis frigoris, terræ proprii, vel per motum è terræ motibus ortum rarefactus, cum exitum quærit, ipso attritu, & conficitione eum terra inatdescit.

Ignes, estò perpetui cavernas occupant, non tamen continuè erumpunt gliscunt in flamas, sed carbonum ignitorum instar sub montibus gliscunt. Continua flamma, quia respiratione indiget, continuis orbem terræmotibus agitat; præterquam, quod voracior sit flamma, plùsque requirat materiæ, cui vel mensem unum alendo integri bituminis montes absumerentur.

Universi conservationi multum Finis. ignes hi deserviunt, qui tum ad thermas caleficiendas, tum ad metalla, & mineralia excoquenda sunt necessarii. Hude, quâ totius universi latè diffunditur superficies, intra altissimorum montium viscera varia Deum distribuisse ignium receptacula, credit profundus subterranei mundi scrutator Kircherus, ut, hoc subdito calore, terreum, aqueumque elementum animatum, rerum generationes facilius emitatur. Nec vapores, & exhalationes resolvi possent, nisi, his ignibus sub-

subtiliores facti, evolarent, non secus,
ac subditus alembyco ignis subtiliores
spiritus sursum propellit.

QUESTIO: *An sicut dantur subterranei,*
ita etiam dentur ignes sub-
marini? V. Cabæum tom. 2.
tex. 6. q. 6.

§. XI.

Ignis perpetuus.

Apud veteres in spe. E ð humanæ curiositatis assurrexit audacia, ut naturæ legem dedi- gnata, etiam ea, quæ videntur impossibilia, ingenio, & arte confidere ad- laboret. *Ignis*, qui ab æterno esse non potuit, an naturaliter in æternum durare possit? Fatigamur. Ignium per- petuorum fidem ut inveniant His- torici, eorum memoriam ad ea tempora rejiciunt, è quibus nec experientia, nec testimonium peti potest. Erutum quondam sepul- chrum Solinus memorat, in quo can- dela super 1500. annos (si inscriptio- ni fides) ardens, inter admotas ma- nus in pulverem desit. In Britan- nia Minervæ delubrum, perpetuo igne illustratum, legitur. Romæ in Vestæ, Delphis in Apollinis, Athenis in Mi- nerivæ, in Lybia in Ammonis, ad Me- garam

garam in Neptuni sacrario continuos
arsisse ignes, historiæ beneficio acce-
piimus, nec negamus: nec tamen præ-
cipites continuò ignium perennium
possibilitati subscribimus. Ignes quip- *Fraus*
pe illi, per custodes, qui materiam *in per-*
identidem sufficiebant, foveri pote- *petuis*
rant; hoc *Vestalium apud Romanos ignibus.*
I.
Virginum munus, novo ignes pabu-
lo animare. Nec repertæ sub terra
lampades ardentes plus lucis ignium
perennitati conferunt; siquidem eâ
poterant arte præparari, ut terrâ clau-
sæ non arderent, aëre accedente flam-
mam conciperent. Ignis hujusmodi
parandi hoc habe documentum. Ly-
thargyrum, Tartarum, calcem, ac cin-
nabarim in aceto coque, donec acetum
penitus exhalârit; tum, clauso vase, igne
vehementi materiam combure; repone,
ut frigescat: post plures menses, si ape-
rueris, ubi materia hæc aërem accepe-
rit, in flamnam animabitur. Visi in
veteribus cryptis ignes nimium cre-
dulis illudunt: non perpetui, sed fa-
tui sunt, qui è cadaverum exhala-
tione promptissimè generantur. Sæ-
pè liquor aliquis, salmonum pingue-
dini etiam noctu lucenti, ac cicin-
delarum tenebras illuminantium suc-
co similis, lumen mentitur. *Pancirol-*
hus
2.
3.

lus tamen, veteribus oleum fuisse in-combustibile persuadere, laborat. *Bron-*
do; ferus, à Trithemio ignes perpetuos,
artificio chymico factos, afferit; sed ex-
iis nulla lux, præter obscurum justæ
dubitacionis fumum ad nos pervenit.
Juvat tamen variorum conatus &
opiniones, plūs quam facta, discu-
tere.

- Conatus* Sunt, qui oleum metallis extra-
 multo- gnum, succensumque perpetuò arsu-
 rum. rum, asseverent; sed qui aut metallis
 1. oleum eliciasset, aut elicatum inflam-
 masset, nullus fuit. *Quod peto, da, Cai :*
 2. *non peto consilium.* 2. Ex amianto la-
 pide, in oleum distillato, materiam
 perpetuò arsuram, promittunt alii;
 laureā Philosophicā digni, si præter
 inanem speculationis umbram, ali-
 3. quid ad praxim reduxissent. 3. Quia
 sal oleo injectus, lampadem longiori
 ardore spatio, ægriusque consumi, si-
 nit, suspicionem movit, oleum è sa-
 le usuali exuctum fore perpetuum; at
 rudit ingenii, ac experientiae nullius
 sit, qui credat, ardere oleum, nec
 consumi; cum suum ignis pabulum
 4. In continuè depascatur; nec aliud sit a-
 Thau- dere, quam alimentum in fumum
 mato- resolvere, 4. *Jonstonus in igne perpe-*
 graph. *tuo condendo se fatigat, & post va-*
rios

rios conatus sequens mixtum componit. Sulphuris, & aluminis calcinatis uncias 4. è quibus sublimatis flores colligit. Florum sextantem cum semiuncia jungit Boraci chrystillino Veneto unciali, inque concha vitrea contritis, affundit spiritum vini quater distillatum, & facta digestatione, abstrato illo, novum reponit, idque repetitis bis, ter, vel quater, donec nempe sulphur in ærea lamina condensata sine fumo, instar cerae fluat. Hoc pabulum, inquit, est. Ellychnium porrò hac arte adorat: Asbestis lapidis filamenta longitudine digiti auricularis, crassitie verò media colligat, veneto sulphure imbuit, tumulat, & in arena calente horis 24. decoquit, ebulliente semper sulphure; delibutum sic ellychnium disponit in concha vitrea, ut emineat pabulum: agget sulphur preparatum; concham in arenam calentem insert, ut sulphur liquefaciat, & ellychnium comprehendat. Hoc semel incensum, jugi flamma arsurum credit, quo cunque lampas hæc loco reponatur. Aliquid fidei Jonstono facere videtur Kicherus, qui lychnum sibi fuisse asbestos, eoque lucernæ indito, sine ullo lychni defectu, aut corruptione biennio usum testatur, creditq[ue] indubie, semper duraturum nisi rapacior advenæ cujusdam manus eum subduxisset. Si proinde oleum ex asbesto elici ars

aliqua docuisset, non vanam ignis perpetui spem fecisset; nunc verò, licet lyckanus incombustibilis sit repertus, cùm tamen hujus inflammatio pabulo nutritri debeat, nec ulla haec tenus materia oleacea, pinguis, inconsumptibilis innotuerit, ignis perpetui spem omnem ponere, necessarium videtur Kirdi sub.

Mun. chero; nisi fortè locus aliquis reperiatur, in quo copiam bituminis continuo stillantis natura recondiderit, ac in apta ab hoc distantia lucerna metallina constituatur cum lychno asbestos, ad quem igne foendum per tubum plumbeum continuo è fonte bituminis materia ducatur; hac ratione accensum semel ignem, nunquam extinguendum promittit.

Mun. di sub.

p. 2. 5. Alii verum ignem desperantes, lucem perpetuam reddere conantur, eam materiæ alicui indissolubili nexus sociando; lapidis Bononiensis experientia fortè animati, qui soli, aut ignis expositus lucem imbibit, & mediis etiam in tenebris renitet. Sed haec quæque lux, brevis admodum ætatis, tam procul à perpetuitate recedit, ut quadrantis horæ spatium ferè non excedat; & qui maximè liberales, longissimam ei lucem indulgent, tamdiu lucere dicunt, quamdiu à sole fuerit illustratus.

6. Flammam vitro inclusam , om-^{l.3.e.7.}
 nibus interclusis spiramentis , si mo-^{sec. 20.}
 mento duraverit , perpetuo duratu-
 ram promittit P. Cæsius in Minera-
 logia. Sed, qua arte flamma succen-
 di queat , non satis docet. Vitrea ,
 inquit , phiala liquore tenuissimæ substanciæ
 sulphureæ , vel piceæ , quæ sit minime
 evaporationis , repleatur , & speculis , vel
 igne , vel motu accendatur. Hoc opus ,
 hic labor est. Flamma hæc semel accensa
 nunquam extinguetur ; tum quia vitrum
 nullus subire potest aer , qui flammam sopita ,
 vacuum phialæ repleret ; tum quia pabulum ,
 igne solutum cum in aërem abire non possit ,
 redibit iterum in alimentū ignis. Qua vicis-
 situdine continet fiet , ut perpetuum
 flammæ huic alimentum suggeratur.
 Juvat cogitationem hanc experientia
 in argento vivo , quod igni imposi-
 tum , in fumum , & vaporem solvit ,
 qui vapor frigidis receptaculis excep-
 tus , iterum in argentum vivum con-
 vertitur : Sic Cæsius oleum in fu-
 mum , fumum in oleum , perpetuo cur-
 su resolvendum , sperat. Alia me ab
 hujus ignis spe avocat experientia ,
 qua constat , ignem , ut ardeat , non mi-
 nus aëre libero , ac alimento indigere.
 Placeat hic Honorati Fabri sensum in-^{tr. 5 l.}
 telligere. Cum , inquit , ignis purus non 2. p.

fit, sed cum humore conjunctus, hic sanè rarescens vel avolat, si patet exitus, vel se omnis exitus obstruitur, quasi repercussus, partes ignis dirimit, ac proinde ignis suffocatur. Nec arte fieri potest, ut flamma in halitum abeat, qui deinde in oleum concrescat. Si enim oleo imbutum ellychnum accendatur, halitus è flamma evolans in fuliginem abit; quia flamma mixtum perfectè resolvit: quare partes de novo intra eundem plexum coire negeunt. Ita ille. Si proinde ignem purum habere possemus, hunc indubie in obstruto vase inextinctum servari posse, persuaderer.

7. Ignis in vacuo locatus etiam sínē pabulo perpetuus duraret, ac inextinguibilis; cùm enim sínē partium ignis segregatione hujus extinctio fieri non possit, in vacuo nihil esset, quod partes separare posset. Hæc nunc divinæ providentiæ dispositio esse videatur, ut frustra circa perpetuos ignes, aut motus humana fatigaretur industria, ut, quos natura mortales fecit, iis vim ad æterna congruè negatam agnosceremus.

Quæstio: An ignis dænius in umbra, an sub sole conservetur? V.
Conimbr. prob. 3. de igne.

A. M. D. G.

D. O. M. A.

Quod

Bonum, Felix, Faustum, Fortunatumque sit, huic Almæ Archi-Episcopali S. J. Universitati Tyrnaviensi, Senatui Philosophico, Totique Reipublicæ Christianæ.

S U B

Reverendo, ac Clarissimo Patre

EMERICO GÖRGEY,
et Societate JESU, AA. LL. Philosophiae, & SS Theologiae Doctore,
Sacrae Scripturæ Interprete,
Nec non

*Inclita Facultatis Philosophica
DECANO SPECTABILI.*

Illusterrimi, Reverendi, Religiosi,
Prænobiles, Nobiles, ac tam virtute,
quam Eruditione conspicui.

*In Aula Universitatis Anno M. DCC. XXVII.
Mense Mayo, Die 29. Horâ octavâ Matut.*

Primâ AA. LL. & Philosophiae Laureâ condecorati sunt.

P R O M O T O R E,
R. P. JOSEPHO
F R Ü E W I R D T ,
et Societate JESU, AA. LL. &
Philosoph. Doctore, ejusdemque
PROFESSORE ORDINARIO.

NOMINA PROMOTORUM.

1. SEMERICUS KAZMER, Ung. Nyékiensis
ex Com. Hontensi.
- MICHAEL MOLNAR, Civis Ung. Déakienensis, ex Com. Posoniensi.
- R. ac Rel. D. SIGISMUNDUS HIBLAR,
Ord. S. Benedic. Celeberrimi, Antiquis. ac Exempti Proto-Regij Archicoenobij ad S. Martin. de Saero Monte Panóniae Professus, Col. Gen. Cler. Reg. Ung. Convictor.
- R. D. STEPHANUS RUMMER, Ungar. Galgocziensis ex Com. Nitr. Sem. S. Steph. R. U. Alumnus.
- Illustris. D. ADAMUS L. B. PERENYI, Ung. Szőlősiensis ex Com. Ugocziens.
- Illustris. D. CAROLUS L. B. à SCHILSON Ung. Sopron. ex eod. Comit.
2. R. D. FRANCISEUS ILLES, Nobilis Ung. Czabajensis ex Com. Nitriensi, Sem. S. Adal. Alumnus Koharian.
- R. D. JOANNES KUCSERA, Nobilis Ung. Kis - Jeszeniczensis, ex Comit. Trenchin. Coll. G. Cl. Reg. Hung. Al.
- GEORGIUS WICZEN, Hung. ex Sancto Petro, ex Com. Posoniensi.
3. MATHIAS LIPOSTYAK, Nobilis Ung. Quinque Eccl. ex Com. Baraniensi.
- MATTHÆUS FERENCSIK, Ungar. Krasznohorczen. ex Com. Arvens.
- JOANNES HEGYI, de Egy. Házas Hegy, Nobilis Ung. Puszta-Födémeliensis, ex Com. Posoniensi.
- FRAN-

FRANCISCUS WASKOVICS, Libertinus

Ung. Sancto. Georg. ex Com. Posoniensi.

JOSEPHUS HENYEL, Ung. Csécseiensis,
ex Com. Neogradiensi.

R. D. ADAMUS MATUSKOVICS Hung.
Ardanoczensis ex Comit. Nitriensi Coll.
Gen. Cler. Reg. Hung. Alumnus &

R. D. JOSEPHUS BÓSI, Hung. Púspókien.
ex Com. Posonien. Sem. S. Step. R. H. Al.

JOANNES CZAKO Nob. Hung. Sahollyen.
ex Com. Neogradi.

JOSEPHUS KRACSUN Libert. Hung. Thu-
ranen. ex Com. Turoczien.

* **ADAMUS ZATKO** Ungarus Ribinensis,
ex Com. Trenchinensi.

GEORGIUS HORVATH Libertinus Hung.
Németh-Pereszteghiens. ex Com. Sopron.

NICOLAUS MAVER, Nob. Hung. Váraliensis,
ex Com. Turoczieni.

R. D. STEPHANUS MISSUTA, Hung. Kis-
Tapolcsanensis ex Com. Barsiensi, Coll.
Gen. Cleri. Reg. Hung. Alum.

* **PETRUS MOLNAR**, Hung. Tardoskedien.
ex Com. Nitriensi,

R. D. JOANNES BRLIK, Hung. Szczepano-
vienis, ex Com. Nitriensi, Sem. S. Steph.
Reg. Hung. Alum.

SIGISMUNDUS NOSZLOPI, Nob. Hung.
Dömölkiensis, ex Com. Castrí-Ferrei;
Sem. Mar. Szelepc. Alum.

MICHAEL WANYEK, Libert. Hung. Uni-
nensis, ex Com. Nitriensi.

STEPHANUS RAKUSZ, Hung. Vedrődiensis,
ex Com. Posoniensi, JO-

- OANNES KAPRONCZAI, Nobil. Ungar.
Szentgrothiensis, ex Com. Szaladiensi.
- JOSEPHUS DELPINI, Nob. Ung. Neosoliensis, ex Com. Zoliensi.
- STEPHANUS CSECSI, Prænob. Hung. Comaromiensis ex eodem Com. Sem. Mar. Szel. Alumn.
- JOANNES PALUGYAI, Nob. Hung. de Kis-Palugya, ex Com Liptov.
- R. D. NICOLAUS DOMANICZKI, Nobilis Hung. Domanisensis, ex Com Trenchinien, Coll. Gen. Cler. Reg. Hung. Alumnus.
- R. D. GEORGIEUS MIALTRO Civis Hungar. Santo-Crucensis ex Com. Barsiensi Sem. S. Adalb. Alumnus Gardaianus.
- JOANNES SIMONFFI, Nob. Hung. Horenicensis, ex Com. Trench.
- GEORGIUS SZUMERAI Hung. Szeleczensis ex Com. Veterofolien.
- ADAMUS CLIMAN. Hung. Sénasfalven. ex Com. Barsiensi.
- ALEXANDER FRANYO Nobilis Ungarus Apponiensis, ex Com. Nitriensi.
- STEPHANUS SZABINAI, Nobil. Hung. Brogyanien. ex Com. Barsiensi.
- GEORGIUS HRABOVECZ Civis Hungar. Bittsensis, ex Com. Trenchin.
- MICHAEL VITALIS, Nob. Hung. Vitalis Falvensis, ex Com. Liptov.
- EMERICUS DULLAI Nobilis Ungarus Felso-Diosiensis ex Com. Posoniensi.
- JOANNES FABRI, Hung. Jacob Falvensis, ex Com. Liptoviensi.

JOAN.

- gar.
so.
Co-
ar.
Kis-
ilis
en,
ar.
m.
ni-
sis.
ex
rus
to-
ar.
al-
el-
ex
N.
- JOANNES JANKOVICS, Libert. Ling. Moes
rolukan. ex Com. Gömör.
ANDREAS SCHERI, Civis Ung. Rajeczensis,
ex Com Trenchiniensi.
ANDREAS SCHUBNI, Civis Hung. Sol-
nenf. ex Com. Trenchin.
FRANCISCHUS SZILESI Prænob. Hung. de
Kis-Jacz, ex Com. Nitr.
MICHAEL GACHOVICS, Hung. Sancto-Ni-
colaiensis ex Com. Poson.
ANDREAS MIHALOVICS, Libert. Hung.
Teplensis, ex Com. Trenchiniensi.
-

Problema in Actu decidendum.

An plus utilitatis aër, an ignis Reipublicæ
humanæ adferat?

Problema Geographico - Horographicum.

Indicem Horologum exhibere, cuius in-
tuitu ex hora Tyrnaviensi omnis uspiam
terrarum, ac locorum hora innoteſcat.

